



Physic. 3707.

Hydroph. 73.

Ps. 137.

8

in 6. y. r. f. u. b.

RAIMVNDI LVL^{II}
LII MAIORICANI DE ALCHI-
mia Opuscula quæ sequuntur.

APERTORIUM

ITEM.

MAGICA NATV^{II}
RALIS.

ITEM.

DE SECRETIS NATVRÆ,
Seu de Quinta essentia liber unus. Iam
non mutilus, ut in prioribus editioni-
bus omnibus. Adiecimus enim tertiam
distinctionem de Transmutatione me-
tallorum, quæ plusquam dimidia pars
est totius libri.

Norimbergæ, apud Iohan. Petreium.
M. D. XLVI.

Phys.
2467

RAMVNDI FVI

LI MAIORICANI DE AL CHII
ma Opusculis que sequuntur

APER TORIVM

ITEM

MAGICA NATV

RALIS

ITEM

DE SECRETIS NATVRAE

Sci de Opusculis liber unus, hinc
non minus, ut in prioribus editionibus
pae continetur, / hic omnes cum primis
distinctioem de Transmutatione me
tallorum, de plurimum diuersis part
efficius libri.

Notandum quod Johannes B. scripsit.

M. D. XLVI.

147

2

APERTORIUM RAI-

MVNDI LVLLII MAIO-

RICANI.



Apientes nostri asserunt, quòd tantũ sit unus lapis, compositus solum ex quatuor elementis, nullius extranei indigens nisi sit eius naturæ. Primo enim purgatur de tota sua superfluitate & flegmatica materia corruptibili, quæ ipsius mors est, & quæ mortificat suũ spiritum, qui habet potestatem uiuificandi suam terram. Purgetur ergo, & separetur ab eo flegma corruptibile per subtile ingenium, quod tibi dicam. Quare: quia si nõ bene purgatur, nunquam terra eius bene albificatur, nec fiet matrimonium inter corpus & spiritum. Et sic tunc ille spiritus nominatus est spiritus lapidis, qui habet posse uiuificare corpus suum mortuum, à quo composito per suam præparationem exiuit, & ideo quãdo corpus reuersum est de morte ad uitam, tunc ipsum est clarum purum album & resplendens, cum magna subtilitate, & uestitum pulcherrimis indumentis. Scias quod quando iste igneus spiritus intrabit corpus suum, & ipsum resurgere faciat, tunc philosophi nominant ipsum, lapidẽ benedictum, & lapidem magni precij, & honoris, post suam resurrectionem. Et illud intelligitur de igneo & nobili spiritu prædicti lapidis, qui sic illuminatus est in natura quatuor elementorum. Non tamen sic intelligitur se habere, quod sit terra solum, nec quod sit aqua, nec aer, nec etiam ignis, sed tantummodo est una sola natura, quæ continet in se de natura & proprietate quatuor elementorum simul, aliàs non posset ligari cum

a ij

sua

RAIMVNDI LVLLII

sua terra, & per consequens terra non posset albificari per eundem spiritum, si ipsa de natura non haberet. Ideo omni tempore custodi, quod natura & proprietates corporis, quæ est in isto spiritu, non sit combusta in præparatione eius per potentiam ignis, quoniam tunc spiritus nullo tempore haberet à se potestatem albificandi aut se coniungendi cum terra, quia mediū est anima, quod participat inter mortē & uitam, & separaret se ab ipso spiritu per potentiam ignis, in tali forma, quod spiritus maneret mortuus sine anima. Et sic anima elongaretur ab eo fugiendo in regionem suæ spheræ. Et tale secretum nō est dicendum apud ignaros & nescios. Non ignores tu, quod illi qui credunt facere aquam uitæ, ipsi certe faciūt aquam mortis combustionis causa, ideo supplico tibi, ut custodias ignem in præparatione ista, ut non destruat nimio calore. Nam cum anima recederet, tunc spiritus non haberet posse, uiuificare suum corpus, cum dare non possit quod in se non habet.

Regime ignis

Et nota quod præparatio ipsius spiritus, sit sub tali forma. Recipe de meliori succo lunariæ quem inuenire poteris, scilicet de fortissimo, libram unam, aut duas, & pone in uas, superponendo Alembicum iuncturis bene lutatis, pone ad furnellū & fac subtus ignem, de uno ligamine, & sub tali lento igne, prædictus spiritus distilletur, & tamdiu distilla, donec amplius incipiat uenas facere, tunc per illud quærere sibi poteris spissum aeræ animæ. Et ideo, quando flegma incipit uenare, tunc signum est quod spiritus distillatus est qui continet in se omnē perfectionem uitæ. Et tunc recipe illum spiritū distillatum, & custodi ipsum optime in uitro, bene obstructo, cum cæra communi alba, postea appone aliud receptorium, sub alembico, & recipe secundam aquam, quia adhuc retinet de prædicto spiritu, licet non ita fortem, sicut prima. De ista secunda aqua distilla tamdiu, usquequo nihil ueniat amplius nisi flegma, & que non

non

non habet se aliter q̄ sicut aqua corrupta communis, gustando modicum per os tuum, si adhuc habet aliquam uirtutē, tūc adhuc magis poteris distillare. si autem est sicut alia aqua pura in gustu, tunc depone receptaculum, cū ista secunda aqua, & pone ad partem, sicut factum est cum prima. Et postea pone aliud uitrum ad recipiendum totum flegma, tamdiu distillando, donec nil plus distillatur, & tunc totum flegma effundatur, quoniam ipsum est quod infert mortem nostro lapidi præcioso, & hoc uulgus non cognoscit, sed nos cognoscimus. Iam enim ibi habes terrā quæ mansit in fundo uasis, in toto nigra, admodum picis fusæ. Illa enim terræ calcinatio, non potest fieri igne forti, sicut sophistæ credunt, sed ipsa fit per propriū suum spiritum, qui custodit eam à crematione, quia suus spiritus animam à suo corpore trahit, & repellit flegma suum superfluum, & terram mortificat, & postea perpetualiter eam uiuificat. Et ergo nunc calcina terram prædictam sub ista forma. Accipe secundam aquam distillatam, & funde eam super terram nigram, in uase suo, & misce bene, quousq; sit dissoluta, quia terra soluitur statim, & caue tibi à fumositate fecum, ne recedat, quia ibi est sulphur, quod habet posse coagulare nostram aquam in laminam cristallinam, uel in formam albissimi pulueris, sicut si esset nix pulcherrima. Moue ergo bene prædictas feces, & scias, quod iam dictæ feces fumosæ in tantum manibus moueri debent in suo uase, donec bene sunt dissolutæ in suo spiritu, postea desuper mitte alembicū, & luta bene, & distilla si mili forma, ut prædixi, donec uidebis, quod illæ uenæ quas spiritus faciunt, iterū corrumpuntur, in capite alembyci, & tunc iterum separa receptoriū alembyci cum spiritibus, & pone ad partem, & præpone aliud receptaculum, & distilla ulterius uidendo an adhuc ibi sint plures spiritus. Sin autem non, tunc aqua quæ distillatur habet sapore sicut aqua

RAIMVNDI LVLLII

communis calida, & tunc eam effunde iterum, quia tunc talis aqua flegmatica, est quæ adducit etiam mortem nostro lapidi. Et post totam distillationem accipe uas, cum tota materia, quam tunc inuenies magis duram, quæ prius, & hoc est ideo, quia tunc ille spiritus attraxit sibi animam aeream, de suo corpore, eo quod ipse est locus in quo anima continetur. Illam operationem reitera toties, donec uideas materiam tuam calcinatam in fundo, in puluere nigro, uel etiam tam diu, quousque uideas nullum amplius præstare flegma, ita quod illa ultima aqua, sit tantæ uirtutis, fortitudinis, odoris & saporis, sicut prima. Et non ignorabis, quod in tertia distillatione misceas illos duos spiritus simul super terra sua, tam diu quousque terra & spiritus habebunt illa signa supradicta, id est, terra fuerit calcinata, & spiritus nullum faciant flegma.

Scias fili charissime quod in isto capitulo ponitur magnū secretū, quoniā hæc est extractio animæ à corpore, per quam spiritus eius uiuificatur, sicut corpus in absentia sua mortificatur. Et ergo subtrahe humorem, mortificantem calorem naturalem. Ipse enim calor est causa generationis nostri sulphuris, sicut philosophi testantur. Quod nostrum sulphur non poterit generari sine calore. nos enim trahimus tunc istum calorem de morte ad uitam, quia prius in sulphure nigro mortuus fuit, nunc autem est uiuus & indutus magnis uirtutibus, & potentiss, & scias quod iste calor nunc habet posse penetrare omnes partes sui spiritus mediante causa suæ acuitatis, & etiam habet coagulare ratione suæ siccitatis, quia scriptum est. Omne siccum libenter ebibit suum humorem, & conuertit aut transmutat ipsum in sulphur, quod postea habet potestatem coagulandi totum argentum uiuum. Inspice fili charitatis, quod si ista conuersio seu transmutatio inspiciatur, tunc ibi nulla est contrarietas, scilicet in generatione, quia omnis generatio

tio

tio habet fieri per diuersitatem suæ corruptionis & generationis, quæ sunt simul contraria. Et corruptio quæ est potens in materia illa, ducit eam posse deuenire in nouã generationẽ uitæ æternæ. Et propter hoc est necessariũ quod corruptio sit facta per separationem elementorum, & postea per præparationem eorum creatur suum sulphur. Et de illo postea poteris conficere medicinam lapidis secreti in quem fluxit talis uirtus sulphuris, qui habet uiuificare & ligare duo contraria, scilicet corpus & spiritum, subtiliando & miscendo corpus cum spiritu, & congelando & retinendo corpus in spiritu, & spiritum in corpore, fixatione permanente, hoc attestatur philosophus cum dicit. Nos non possumus facere transitũ de mollicie mercurij ad duriciam metalli sine dispositione media, quæ participat de uno sicut de altero, & mediante illa participatione habet potestatem colligare simul & facere unionẽ. Quare si tu es indagator ueritatis, intellige quod tria facta sunt unum. Et hoc attestatur philosophus in libro de trinitate, ubi inquit. Lapis noster preciosus compositus est ex tribus, scilicet corpore, spiritu, & anima. Fili scias etiam, quod spiritus est medium quandoq; inter corpus & animam, quia spiritus extrahit animam à corpore, mortificando corpus, & postea reddit sibi animam & resuscitabit ipsum. De ista resurrectione loquitur HERMES ad omnes inquisitores ueritatis. O fili accipe animam lapidis & semina eam in terrã albam foliatã, nostrã, quæ est uolatilis, si enim uis quod perdat sua magna elementa. Et scias, quod anima retinet eam, ita quod non poterit fugere, quando ipsa ascendit in cœlum, & descendit in terram, & totam uirtutem corporis & spiritus recipit, sub tali forma, scilicet quod nihil est quod poterit contra eam, nec mors poterit eam etiam iterato mortificare, quia scriptum est, Quod si una uice resuscitatur, nunquã amplius moritur. Ideo fili poteris
in

RAIMUNDI LULLII

intelligere, quod uita æterna non potest esse in aliquo corpore, nisi prius fuerit mortuū, quia mors est causa glorificationis ipsius corporis in uita æterna, sicut corruptio est causa nouellæ generationis diuinæ substantiæ. Mortifica ergo corpus prius per corruptionem, antequā aliquid aliud facias, postea parum & iterum parum, trahe ipsum ad uitam, donec perueniat ad tale mediū corporalitatis, & spiritualitatis, quod nos nominamus mediū participans naturam duorū extremorū, scilicet inter animam & corpus. Et secundum istam rationē appellamus spiritum esse uitam animæ, quoniam ipse continet in se animam. Et etiam ipsum scilicet spiritum nominamus corpus ratione suæ corporalitatis palpabilis, & uisibilis, à quo componitur, & etiam in quo locatur. Et illa est ratio quare hic spiritus retinet in se de natura corporis, & propter illas duas proprietates iam dictas, scias hic tertium, inter corpus & animam, quod nos nominamus mediū, quod habet posse uiuere & ligare, ea ad inuicem, sine separatione. Et postea ille spiritus continet in se animam, per quam mortuum corpus uiuificatur. Et ergo hic est causa necessaria, quod coniunctio inter corpus & spiritum per naturalem amorem, & per dispositionem amabilem, facta est ipsa enim amabilis. Dispositio & coniunctio amabilis est illa, per quam coniunctio spiritus & corporis se facit esse de natura corporis indiuidualis, in qua est spissitudo corporis & potentia cum istis omnibus figuris, quæ intrant primo in substantiam de subtili spiritu, etiam eius spissitudo alligata est in substantia cum subtili spiritu, per talem subtilem modum, ita quod non est oculus corporalis, qui aliquid aliud possit uidere quàm solummodo spiritum, qui est in forma aquæ, & sic ipsa anima, & spissitudo corporis, ibi inuisibiliter simul requiescunt. Et tunc etiam apparet, quo modo anima ligata est, uirtute & spissitudine corporis, & substantia

tia

tia spiritus capta uirtute & qualitate corporis, & etiam anima est de natura & spissitudine corporis eiusdem. Et ergo quando corpus est mortuum ex siti, tunc illud desiderat humectare suum siccum & bibere, pro restauratione suæ naturæ humidæ, quam excellenter & potenter perdidit in sua calcinatione, & sic tunc per restaurationē uiuificatiuam trahit ad se naturam suam, & etiam trahit spiritum multiplicatū de propria substantia sua, & exuberatū per naturam sui corporis, quæ effusa est per totam substantiam spiritus. Et sic illa extractio quæ facta est per supradictæ naturæ amicitiam, est coniunctionis causa inter corpus & spiritum. Et de illa coniunctione loquitur philosophus ad filios ueritatis, sic dicendo. Quia si coniunctio non facta fuerit inter corpus & spiritum, nunquam fit ibi conceptio, & si non fit ibi conceptio, nunquā poterit fieri impregnatio, tunc etiam nunquā poterit fieri nati generatio, & sic isto modo poteris uidere potestatem illius coniunctionis. Et propter hoc manifestat philosophus, quod generatio nostri lapidis, assimilatur humanæ generationi, ex ista ratione, quia quando infans nascitur, tunc nutriendus est tam diu, donec fortis & potens fuerit contra ignis substantiā. Et non aestimes quod tunc compleuisti. Vbi modo primo incipere debes, quia adhuc non uidisti secretum, quod retentum est filiis ueritatis demonstrandum. Et illud modo hic incipit, in secunda parte de nutrimento lapidis, quoniam hic magnæ transmutationes illius lapidis secundum posse manifestantur, & de quanto plus lapis nutritur, de tanto magis transmutationes uidebis & multorum mirabilium secreta & potestates naturæ manifestabuntur tibi. Vide uisibiliter corā oculis tuis, & illud secretum nulli hominum carnali reuelari expedit, quia maledictus eris per tanti secreti manifestationē, quia nemini reuelare licet, nisi soli deo, ipse enim cui uult & quibus interest reuelare,

b

illis

RAYMUNDI LULLII

*Donum Dei
sacra reuelatio*

illis reuelabit, & non alijs, quia est donum Dei, & nullius hominis mortalis, & cui dominus Deus fecerit tantam gratiam, illi hoc secretum naturæ reuelabit, secundum suum placitum, quod in ipsius uirtute & potestate locauit.

Scias fili, quod necessariū est in illa uiuificatiōe quod terra recuperat illud quod perdidit, & quia suus spiritus humidus reportatur in suum corpus siccum per naturalem transmutationem, illa autem non potest fieri per potentiam, sed per ingenium naturæ, & ingenium naturæ est locus generationis nostri sulphuris, scilicet in complexione & qualitate. Et ex his habetur causa necessaria, scilicet quod granum spirituale, quod est humidum & calidum, hoc transmutare habet. Ideo philosophi considerauerūt dicentes. Quod totum hoc facit sola una natura, quando ipsa de dispositione in dispositionē conuersa est, & in tali dispositione, ipsa natura transmutat, & sic etiam granum, tali modo transmutat, & hoc intelligendū, de calido & humido spiritu. O fili ueritatis, per istam mutationem philosophi notant, quod terra lapidis debet priuari de toto sua humiditate, tam diu quousq; conuersa sit in qualitatem siccam. Et post hoc cōcludunt, q̄ eorū humiditas conuersa sit, in siccum locum suum, hoc intelligendum est, idest, in propriam suam terram, quia illa est proprius locus generationis nostri sulphuris. Et hoc tunc apparebit manifeste, quod illa terra illud ante suam præparationem & calcinationem nō fecit, & tamen ipsa post suam calcinationem hoc facere habet, propter hoc calor ipsius naturalis, fuit confortatus, per subtractionem humiditatis, qui habuit eum mortificare, & totaliter submergere. Et tunc terram istam præpara & bene calcina, per rationem philosophicam, antequam ad eam sementem seminaueris, quod nos multum diligimus. Et ergo postea accipe terram, & cum ea quartam partem ponderis de spiritu, & postea

stea

Istea pone ad uas tuum, & nos appellamus retentorium, cuius forma talis est, & loca ad furnum continuando lentum ignem tam diu, donec spiritus omnino coagulentur in terra. Scias fili quod corpus quod mortuum fuit, illud induit se albis uestimentis, sicut (si deus uoluerit) tu uidebis, terram totaliter albam, admodum niuis, & sic tunc terra est ingrossata, & imprægnata cum æterna claritate, quæ habet infantem parere, ille enim partus finem imponit, scilicet quando spiritus congelatur in sulphur, quod separatum erat de terra, & desiderabat in ea splendidam claritatem, ad finem illius quod ipsa esset pura & sine corruptione & quod esset supra impurum & corruptibilitatem. Et secundum istum modum quando terra fuerit bene alba, tunc fili extrahe eam, ex suo uase, & tere eam ut fiat puluis minutissimus, & hoc fac super lamina uitrea, postea iterum imponatur uasi, lutando eius iuncturas bene, & ponat ulterius super furnellum, & accendatur ignis continuando per triginta horas, & inuenies in angulis aut in parietibus uasis, infantem natum resuscitatum per modum pulueris albissimi, tam pulchri & tam clari, & in tali claritate, sicut corpus lunæ. Custodi ergo illum ualde honoratum, quia ipsa est terra nostra foliata, & dicitur spiritus corporum sublimatorum conuersus in terram foliatam, & in eam seminare debes animam quæ est tinctura totius claritatis, ipsa enim est unum medium sulphuris & arsenici & nostri lapidis, qui habet facere pacem inter inimicos mortales quos maxime desiderat, & ex quo ille lapis erit corpus aereum spirituale & corporale, tunc propter illam rationem ipse tenet uirtutem utramque, & de uno sicut de altero, ille non obstante, quod ipse sit in tantum perfectus sicut sua corporalitas. Non tamen sic est in operatione, quia non potest plus operari, quàm sicut infans iam nouiter natus, tam diu donec sit nutritus, sic

b ij

quod

RAIMVNDI LVLLII

quod habebit operandi potentiam secundum suum posse, & hoc ueniet iuxta fortitudinem sui nutrimenti. Et illius propositi fuerunt aliqui quos ego uidi in societate regis ROBERTI, qui de illo lapide proiectionē fecerunt statim post suam creationem, & quum uiderent quod non esset nutritus in fortitudine sua, & etiam cum non inuenerunt aliquid de perfectione ipsius, post hoc imaginati fuerunt, rationem & possibilitatem suae operationis, & inceperunt operari de illo pulchro opere quod est ipsius medicinae compositio & nutrimentum lapidis, & illa est secunda & ultima pars totius magisterij. Propterea fili poteris intelligere, secretum opus philosophorum diuisum in duas partes, in prima docent formare sulphur, in secunda docent conuertere sulphur in medicinam fixam & fluentem, sicut docet Morigenes in libro suo dicens. Quod totum nostrum magisterium necessario fieri habet in duabus creationibus, & ille mutuae causae creationis sunt sibi proximae in natura, quia quando prima creatio completa est tunc incipit secunda pro opere medicinae, quando secunda completa est, tunc totum magisterium est completum. Fili ueritatis intellige, quod nos in prima operatione nostrae artis purgamus & praeparamus materiam pro sui sulphuris creatione, qua praeparata nos in secunda operatione, componimus & creamus medicinam, quae habebit tantam uirtutem, & posse, ut patebit. Et ideo primo debes creare suum sulphur, quia sine eo non potes facere aliquod elixir completum, & quando creasti sulphur, tunc incipit opus philosophicum, & non habeas tedium ipsum nutriendo, & non festina, quia scriptum est, Qui potentiam & patientiam non habet in opere, & non inspicit in nostris libris naturae mutationes, ille propter festinantiam corrumpit opus. Ideo patientiam te habere oportebit, & nutrire ipsum tam diu donec de illo lapide proiectionē facere poteris, & tunc uidebis naturae

naturae

naturæ mirabilitatem. Et illud secretum cum perfectione sua demonstratum est filiis ueritatis. Et hæc est secunda pars de creatione lapidis & præparatione materiæ illius de qua nostra medicina creari debet. Fili doctrinæ, si materia illius sulphuris non fuerit bene præparata, tunc ex ea nullo tempore medicinam creare poteris. Quia scriptum est de ordine naturæ, quod materia non præparata non potest facere aut creare causam præparationis. Præpara ergo tuam materiam, & separa subtile a spisso, & nobile de uili, & quando res præparata fuerint, tunc ibi exit causa præparationis sicut de lumine exit splendor.

Nunc per secundam partem colorabit se lapis fixatur & fermentatur. Fermentum uero illius lapidis ad album est argentum, & ad rubeum est aurum, sicut philosophi demonstrant, quia sine fermento non uenit sol neque luna, nec aliquid aliud quod sit suæ naturæ. Coniunge ergo fermentum cum sulphure suo, & generare poterit suum simile, quia fermentum trahit sulphur ad suam naturam, & etiam ad suum colorem, & ad pondus necnon ad saporem. Et quodlibet simile generat suum simile, quia fermentum (ut sol) iungit & mutat suum sulphur in medicinam permanentem & penetrantem. Ideo dicit philosophus: Qui nouerit sulphur & argentum uiuum tingere cum sole & luna, ille uenit ad maximum arcanum. Et propter hoc apparet quod sol & luna sunt fermentum & tinctura ipsius spiritus & aquæ permanentis, idest argenti uiui. Et per illam naturam illæ aquæ debent fixari, & nutriri cum naturali calore, tamdiu quousque habent suam fixationem & fusionem perfectam. Per hoc fit regimen coniunctionis lapidis cum suo fermento, scilicet donec ad completum suum opus peruentum sit, & hoc non fit una uice simul, quia hoc de intentione naturæ non est, sed bene per copulationem scilicet parum & iterum parum, &

b in etiam

R A I M V N D I L V L L I I

etiam per coagulationem fit uera medicina uniformis. Et propter hoc illa copulatio causatur, de subtilibus partibus transmutatis, & alias in formam & essentiam spirituales, quia scriptum est, quod corpus grossum cum simplici, & simplex cum grosso, propter eorum contrarietatem se coniungere non possunt, nisi grossum conuertatur in suam spissitudinem per suum simplicem spiritum, & tunc sunt commiscibilia simul, sine perfectione, & hoc notificant philosophi declarando cuilibet filio ueritatis, & dicunt, quod perfecta mixtio est commiscibilium alteratorum corporum per indiuisibilia sibi iunctorum unio, quia illa hic requiruntur, per patentem rationem, quoniam mixtio siue unio non potest fieri sine alteratione, quæ est subtiliatio corporis & reductio in formam spirituales. Et de alia parte dicunt philosophi, quod eorum medicina completa est. de una manerie in aliam maneriem cristallinam, & tunc apparebit quod illa lamina composita est de subtilibus partibus naturalibus per naturale ingenium uniformiter coniuncta, sine diuisione illarum partium, per modicum & iterum modicum, quia talis causa non potest fieri sine subtiliatioe & homogeneitate naturæ, & propter hoc conuenit quod illa materia ueniat ita subtilis quod omnes partes æquales in natura sunt mixtæ cum aqua & hoc uidere poteris per tuum intellectum, cum factum sunt unum corpus transparens & in unum continuatum per coniunctionem aut connexionem multarum partium sine diuisione discontinuatione & terminatione, in unam solam spissitudinem & figuram transparentem, per omnes suas partes. Iam fili tu modo non habes modicum secretum, scias nunc coniunctionem inter sulphur & fermentum, in forma homogenea. Illumina primo corpus, antequam imponas animam, quia alias nunquam posset suscipere aut retinere spiritum. Recipe nunc dimidiam unciam lunæ finæ & dis-

solue

solue in aqua mercuriali, ipsa enim dissoluitur in uiridem aquam, & postea separa aquam per rationem philosophorum, & scias quod prima forma argenti est aqua, & tunc recipe terram de illa luna, & pone ad partem, & post recipe aquam & diuide in duas partes. In unam partem proiece unam partem lapidis puluerisati, & obstrue bene ampullam, & pone ad solem, & dissoluetur in aquam claram, & illa est aqua fermentabilis, in qua fermentatur noster lapis & trahitur ad naturam metallorum. Illam diuide in duas partes, & unam partem pone in uitro, ad congelandum super igne. Postea recipe unam partem de argento & amalgama ipsum in duplo cum argento uiuo. Deinde accipe de lapide congelato, quartam partem & misce simul cum predicto amalgama, & contere ea simul tam diu quousque facta sunt unum corpus, postea imbibe iterum cum alia parte tuam materiam de aqua fermentabili, modicum & iterum modicum sicut praedixi in creatione lapidis, postea mitte materiam tuam in unum uas ad nutriendum, continuando lentum ignem. Hic datur intelligi quod uapor lapidis adiunctus cum uapore lapidis argenti uiui, perfecte congelat in ueram medicinam albam finitam & resplendentem. Et quanto plus istam operationem reiterabis tanto magis multiplicabis in potentia & uirtute tuam medicinam, uidelicet sic. Si una pars medicinae prima uice conuerteret centum, secunda uice conuerteret mille, tertia uero uice conuerteret decem milia, & sic in infinitum, propter hoc non negligas istam operationem multiplicationis, quia medicina quae plus disponitur in digestionem, illa plus perfecte agit in operatione.

Nunc dicam fixationem aeris qui portat in se tincturam. Recipe terram lunae quam prius posuisti ad partem, & modicum aquae & pone totum ad distillandum, & separa aquam distillando per ignem unius puncti tam diu, donec ampli-

RAIMVNDI LVLLII

us nihil magis exhibit per illum ignem distillando, postea superpone aliud receptaculum, ad nasum alembyci & recipies aerem, qui est rubei coloris aut glauci per maiorem ignis expressionem æqualiter continuando, & totum quod possit distillari recipiendo. Cum enim non plus distillatur tunc pone aquam ad partem, bene obseruando, postea recipe terram quæ mansit in fundo uasis, & iterum bene contere eam super lamina uitri, & etiam modicum de lapide præscripto cum ea, & imbibe hoc totum cum aqua quæ distillata est à terra, tam diu donec sit sub manerie ipsius pastæ, post pone ad distillandum per alembicum, & fac ignem de duobus punctis, quia magis strenue distillabitur quàm prius, & quanto tardius humor separatur de suo corpore, de tanto magis nobilior, præciosior, melior & potentior erit, & reitera ulterius istam distillationem, donec extraxeris animam à suo corpore, sic quod amplius ibi nihil poterit distillari, & eandem distillationem pone cum aere qui rubei uel glauci coloris est. Deinde semel rectifica distillationem per se ipsam solam, & sic habebis aerem, per quem tinges & fixabis tunc tuum lapidem in illa manerie aut specie. Recipe argentum uiuum quod modo coagulatum est per uaporem lapidis & corporis, & contere ipsum super laminam uitream, uel lapide marmoreo, & scias quod totum conteri debet in puluerem subtilem, & imbibe cum aere prædicto modicum & modicum quousque fiat per modum pastæ. Illam materiam nutrias igne lento, & continuo cū uno ligamine, tam diu donec aer congeletur cum lapide, sicut fecisti cum aqua, in laminam cristallinam, reiterando illam operationem quousque bibet medietatē sui ponderis. Post hoc recipe de ista lamina cristallina modicum, & pone super laminam cupri rubeam & liquecat ad modum ceræ sine fumo, & tunc illa medicina creata est & fixa, & reitera decoctionem tuam quousque
habe

habebit tale signum. Et de eadem medicina recipe unam partem, & projice super centum partes Iouis albi uel alterius cuiuscumque metalli, & conuertetur in perfectum argētum quod melius erit minerali. Et quando una pars medicinae proiecta fuerit per modum praedictae projectionis super centum partes argenti uiui, tunc congelabitur in bonum argentū, etiam melius minerali, in omnibus proprietatibus. Et quando medicina fuerit semel multiplicata, tunc fac sic ex ea projectionē.

Recipe unam partem illius medicinae, & projice super centum partes Mercurij calidi, quando fumare incipit, tunc statim conuertet omnes illas in medicinam, & postea de illa secunda medicina projice unam partem istarum super alias centum partes Mercurij calidi, & iterum conuertetur in medicinam, & ultimo faciendo projectionem medicinae, super alium Mercurium calidum, tunc una pars medicinae illius conuertet centum partes in ueram lunam. Si uero uis per alium modū facere tuum elixir, & plus facilius, non miscendo lapidem tuū cum aqua argenti sed alias, tunc recipe amalgama factum ex argento & mercurio, & misce illud amalgama cum tuo lapide, in quarta sui ponderis, & totum illud contere bene super lamina uitrea donec fiat unum corpus, imbibe totam medicinā cum aqua lunae, modicum & modicum, sicut praedixi de creatione lapidis, post hoc pone tuam medicinam in uas tuum nutritorium, & fac totum illud eodem modo sicut scriptum est. Adhuc fili per alium modum poteris facere, aut componere tuum elixir. Et custodi quod habeas perfectam temperantiā coniunctionis & proprietatis, & scias quod recipias unam partem & dimidiam de aqua argenti, & dissolue in ea unam partem de praescripto lapide, & totū erit in dispositione aquae clarae, & postea projice duas partes aeris, in istam aquam, & eandem pone ad congelandum, confortādo uirtutem lapidis,

c quia

RAIMUNDI LULLII

quia ille habet totum congelare, & fixare, & sextam partem aquæ, aut quartam separabis, cum igne per uiam distillationis, de toto composito, quia magis est de aqua per quam sulphur se posuit in distillationem, & conuertit se in naturam aquæ contra potentiam sulphuris, & sic per eam apparebit, sicut illa materia demonstrat, quod in omni tempore fortior uincit minus fortem, eo quod non succurritur. Et propter hoc enim opportunum est, quod aqua separabit sulphur, per suæ naturæ cursum, & conuertit ipsum per dissolutionem in suam naturam propter similitudinem materie. Etiam conueniens est, quod sulphur habeat posse separare aquam & conuertere eam à proprietate suæ naturæ per congelationem. Et conuersio fit cum naturali ratione. Nos enim demonstramus, & per experientiam certificamus, confortando uirtutem lapidis, & dæmus ei tale subsidium, quod habeat posse conuertere aquam, quæ ipsum prius conuertebat in suum simile. Propter hoc oportebit te scire illud secretum, scilicet non solum quæ sit causa sed etiam modum, per quem modum poterit operari aut confortari uirtus alicuius. Et talis confortatio non potest fieri in re una sine debilitatione alterius, sicut manifestè apparet, in dissolutione sulphuris. Fili omnis dissolutio est debilitatio sui ipsius. Et ex hoc surgit illud quod lapis noster se per dissolutionem debilitat, quoniam uirtus aquæ ad hoc se confortat, ut habeat succursum confortari uirtutes aquæ, quæ per confortationes possunt superare uirtutes nostri lapidis debilitati, & conuertere se in suam qualitatem & naturam, & ex tali conuersione facta per debilitationem unius, & confortationem alterius, & comparatio nostri lapidis, & sicut uir submersus est in profunda fouea aquæ, sic per eandem maneriem appositam, & per competentem rationem natura sagax nobis demonstrat, quod uirtus lapidis debilitata poterit confortari per
debis

debilitationem uirtutis aquæ. Confortatur tamen sub tali specie quæ habet potestatem conuertendi aquam in suam naturam. Et sciendum est, quod illud quod est de natura humida, reduci debet in naturam siccam, & natura frigida conuer- ti debet in naturam calidam. Et propter hoc relucet doctrina philosophorum, quæ dicit. Quod conuersio lapidis in argen- tum uiuum non est alia causa, nisi mutatio unius naturæ in aliam. Filii doctrinæ, nonne percipis quod naturæ sunt mul- tiplices, & tamē nisi una sola natura diuisa in quatuor partes, & quælibet pars in suum elementum, quia nullum elementum potest esse sine diuisione suæ naturæ, eo quod nullum elemen- tum ipsas partes habet integraliter, & per hoc unum elemen- tum solum, non potest corrumpi neq; generari in seipso, quia non est sufficiens natura. Et ergo philosophi dicunt, quod no- strum magisterium non potest perfici sine natura quatuor ele- mentorū simul, & eadem natura quæ est causa homogeneitatis separat se de toto eterogenio, quoniam potest mutari in om- nes elementares qualitates. Et illud boni artis considerato- res uolunt, quod elementa sint de simplicibus qualitatibus, & per hoc habent posse conuertere & mutare materiam de quali- tate in qualitatem, aliquando in siccum, aliquando in humidū, & sic de alijs, secundum quod diuisio naturæ est confortata p- complexionem suorum elementorum, uel etiam debilitata. Filii, hoc est in tantum, quod lapis noster non fit aliter, nisi de una sola pura natura, quam quilibet sapiens scire poterit per duos modos. Primo per sapientiam speculatiuam, idest per moderamen intellectus & per experientiam, cum perfecta illu- minatione. Et hos modos spiritualiter testificantur philoso- phi, quando dicunt. Quod nostra medicina, est una sola natu- ra, & illa est una subtilis substantia, in qua qualitates elemen- torum intrant, Ideo illæ qualitates elementorum de illo ma-

c ij gis

RAIMVNDI LVLLII

gis ad se trahunt, in quo plus abundant. Et sic qualitates sunt sicut natura elementorum, in quas ipsa ponunt suas formas, & in eis sunt retentæ sicut eius natura demonstrat, in omni generatione. Fili, in subtili substantia condensant se qualitates elementorum, Et propter hoc elementa sunt illa, quæ dant tam multas uirtutes in illam substantiam, per quas ipsa poterunt penetrare, tingere, & facere operatiõem mirabilẽ, quam populus cõmunis & infans ac ignarus, æstimat pro maximo miraculo, sic quod putat tale factum esse per incantamentum magicæ figuræ, cum ipsius memoria & intellectus non ualeat comprehendere nostrum magisterium, quod per naturam & de natura & etiam cum natura factum est. Fili doctrinæ, Si ista natura non fuisset, de subtili substantia essentiali elementorum, tunc illa impura essentialitas elementorum, non potuisset esse & dominari in substantia. Et etiam si quodlibet elementum secundum suam naturam esset minerale, tunc illa substantia non posset etiam penetrare, neq; ingressum habere, neq; colorare. Ergo propter istam proprietatem fili, illud conuenit, quod ignis prædominetur in prædicta substantia elementorũ secundum suam maneriem, cuius causam quæras in testamento,

mento,

11

MAGICA NATVRA

LIS MAGISTRI RAIMVNDI

LULLII.



Nncipit Compēdium artis Magicæ secundū naturæ cursum reformatum, uirtute cuius sine elongatione & sine mentis eleuatione uel corporis, uidere poteris hos spiritus figuratos in aere cōdensatos in forma monstrorum & diuersorum animalium, & hominū humanorum, qui uadunt sicut nubes modo huc modo illuc. Et hoc totum fit ex principijs naturalibus, certis formatis uirtutibus mysticis, exeuntibus ab alijs actibus naturalibus, cū quibus ars magica formatur naturaliter. Quare si uelis intelligere sua instrumenta, in quibus sunt fixæ & per quæ formantur, & unde possunt exire, quia de una scientia formatur una alia scientia. Ars enim præsens continet sua instrumenta, in quibus sunt uirtutes naturaliter, quæ earum potentia faciunt fieri multa mirabilia, postquam sunt introductæ in proprijs retinaculis per artem naturalem, sine forti actione ad causam quæ dicitur communis, à simplici natura stante in elementis simplicibus & compositis, si eam scieris reducere in illam. ¶ **C**ompositio. Accipe nigrum nigrius nigro, & ex eo decem & octo partes distilla in uase uitreo, & in prima distillatione solum recipies alteram dimidiam partem, hanc iterum distilla, & huius recipies quartam partem, & tertio iterum distilla, & huius recipies duas partes, & in quarta distillatione recipias quasi totum, & sic distilla illam partem usq; ad octo uel nouem uices, & erit perfecta, sed non rectificata nisi in uigesima

c iij

gesima

gesima secunda distillatione. ¶ Recipe huius aquæ partem quartam libræ unius, & eandem acue distillando cum uegetabilibus, quæ sunt apium siluestre, squilla, & sic de alijs, de quibus dictum est supra in anima transmutationis, in capitulo quod incipit. Sed tamen prius &c. Et postea pone in uase circulationis in fimo calidissimo, uel in uinacia, sub conseruatione specierum, prout practica inferius demonstrabit, uel declarabit, quæ est etiam una, de rebus sine qua nihil potest fieri in magisterio huius artis. ¶ Aqua calcinans omnia corpora.

Germina capitulorum collige, & de terra, idest D, uncias quinque & semis, & de aqua, idest C, uncias duas & semis, cuius summa est pondus octo unciaë libraliū, & totum mixtum subtiliter moles in molendino marmoreo, tunc pones in uase uitreo cum alembico supposito, & distilla totam materiam, primo faciendo ignem lentum, & de ferratura lignorum, partibus duabus, & de carbonibus paruis uel tritis libras duas, & parum de surfure sicco, & accende ignem, & dimitte quod deinceps accendatur per se, quousque incipiat distillare, ab uno puncto, usque ad duodecim puncta, & tunc cum paruis lignis incipias fortificare ignem, faciēdo ignem flammæ recte sub materia, & sic continua ignem quousque reuertatur ad duodecim uel quindecim puncta, uel etiam in pauciora, & postea continua totum ignem, & illum continua secundum puncta suæ distillationis, & postea fortifica ignem, per unum punctum ulterius, & illum continua quousque alembicus perdat suum colorem, & amplius non distillet, & tunc cessa, & dimitte infrigidari, collige illam aquam & serua in loco calido & humido, & caueas ne aliquo modo possit respirare. Et memento, quod habeas pallam unam in lutamento rostri alembyci, & collo receptaculi ut aliquando in illam extrahere possit, ut recipiens habeat respiraculum, quoniam tantus est ibi subitus calor, quod

quod

quod illud continens sufferre non potest calorem illum excessi-
uum. Ergo quandoq; oportet, ut aperiat, & quandoq; clau-
datur.

Nota quod hæc aqua ex re uili facta, habet uigo-
rem conuertendi corpora, in suam primam materiã, quæ coniu-
cta uirtute uegetabili, est multæ perfectionis, & statim postq;
distillata fuerit, uult poni ad practicam, ne spiritus q; est subti-
lis, & extraneæ naturæ pereat per aerem, quoniam ingressus
est plenus.

¶ De naturali calcinatione.

Tu accipe duas partes lunæ bene purgatæ per capellam, si-
ue per forte cinericiũ ualde subtiliatæ, & fac paruas petias,
cum forpice, & pone medietatem eius in uase solutorio siue li-
quefactorio, & superpone ei tres lotones de aqua calcinatiua,
& aliam eius partem in alio uase solutorio, & superpone ei a-
quæ calcinatiuæ tres lotones, & claude bene uasa, cum suis co-
opertorijs & iuncturas luta, cum farina & claro ouĩ, & pone
hæc uasa ad balneum per tres dies naturales.

¶ De separatione calcis ab aqua calcinatiua.

Metalla calcinata in duobus uasis solutorijs, separa ab eis
aquam colando claram caute, ne terra illius possit aliquo mo-
do ascendere, nec aquam turbare, quam aquam pone ad par-
tem bene claudendo uas ipsius, deinde recipe terram ipsius lu-
næ calcinatæ, cum aliquantulo eius humore & pone ad ignem
cinerũ, cū alembico & recipiente & cū igne seruiẽte spacio duo
decim horarũ, liquorem distilla, caue à forti igne, quoniam in
forti calore solis aliquando fit hæc sepatio, deinde mitte ignem
infrigidari per se, & habebis lunam peroptime calcinatam.

¶ De igne cõtra naturã. Vegetabilis aquæ acuata, duos
lotones pone in ampulla cū longo collo, in quam posueris sex
lotones aquæ calcinatiuæ, & subito cooperi ampullã, cū suo co-
optorio & bene claude cū cera, et bene prepares seu collocabis
intra balneũ, p̄ duos dies naturales, et in illo tẽpore totũ uegeta-
bile

bile

RAIMUNDI LULLII

bile erit cōuersum, in aquā clarā, & recipies ipsum solutum.

¶ De occultatione philosophorū solutionis lunæ.

Vegetabilem ignem solutiū in aqua calcinatiua. Recipe salis cum aqua octo lotones, idest quatuor uncias, & calcis lunæ duos lotones, idest unciam unam, & simul pone in uase solutorio, & cooperi proprio coopertorio, ita quod ingrediatur intus, & caue ne ponas in aliquo calore, quousq; operatū fuerit sua propria uirtute, & quādo quieuerit, luta bene iuncturā, & pone uas in balneo, per tres dies naturales, & postea cola aquam, & distilla humorem, & calcina terram, quemadmodū superius fecisti, & tandem reiterra quod totum dissoluatur, isto regimine in forma liquoris, & totum pone ad partem, liquorē dissolutū per artem, quoniam hæc est substantia corporis per artem depurata. ¶ De congelatione liquorum lunæ.

In continenti postq; luna fuerit dissoluta in liquorem, tunc pone dictum liquorem in duplex uas circulationis, partiendo ipsum liquorē in duas partes æquales, & pone in quolibet uase quinq; lotones, de dicto liquore lunæ, & superpone ei in quolibet uase septem lotones de aqua prima uitæ rectificata, & pone in furno habente duo brachia, ubi unus ignis temperatissimus possit calorem percutere, & colloca tua uasa & liga circūquaq; ad cannas alembici, & bene spissas spongas quas semper teneas madidas cum aqua frigida, & ubi intrant cucurbitas, sint strictæ, & ampullæ cum sentiunt calorem, statim uidebis fermentū cum aqua sua ascendere, & distillabitur de uno uase in aliud uas continue, & quantum ascendit de uno uase, tantum distillabitur, & intrat de alio, & sic uidebis, qualiter ratione caloris subtilietur spiritus, & inspissatur per fermentum. Et quanto talis distillatio fuerit leniori igne, tantum etiam spiritus erit subtilior in fortitudine, & ingrossatur continue fermentum. Hunc autem modum tene, donec amplius
non

non ascendit, & cum fermento fixabitur, & in lapidem cōuertetur, quod fit in nouem uel in decem diebus.

¶ De aqua elixir in oleum. Vasa ambo extrahe simul, cū materia fuerit congelata, & loca in furno uel in balneo, & iterum soluetur in duobus diebus, & iterum congela, & hoc faciter & amplius, & manebit inde uirtute & potentia exaltatus quod bene congelari nō poterit, quoniam ut oleum uidebitur aliquantulum inspissatū. ¶ De modo faciēdi oleū Lunæ.

Verum quia hic modus abbreviatus præciosissimus est, quoniam in decem diebus congelatur quinta essentia super fermentum & cum fermento, eo quod res multum grossa terrestris & fixa est in luna, sed non ita cito soluitur, post complementū fixationis quintæ essentiæ sicut in sole, unde quasi in fine complementi tempus non est diuersum in albo & rubeo.

Medicinam hanc sic completam si iungas cum sulphure Saturni, uel Iouis, facit transmutationem secundū hoc fermentū.

Sufficienter per dei gratiam diximus, de albo, nūc dicamus de rubeo. Quoniam enim opus solis, in mensura concordat cum operationibus lunę, si scis operari philosophice cum aqua corruptibili, quæ sua magna uirtute dissoluit totum solem, & sublimat totum in aerem, quod est nostrum secretum. Recipe ergo in nomine domini duos lotones aquæ compositæ lunæ distillatæ per alembicum prius, & in illa proijce duos lotones aquæ uegetabilis acuata, & superpone aurum tuum secundum pondus aquæ uegetabilis, postea pone in balneo, per duos dies aut quatuor, & infra dictum terminum inuenies aurum nigrum totum sicut carbonem. Eodem modo soluitur & congelatur sicut luna. Totum ergo compositū solis & aquę pone in uas circulationis unā cum duodecim partibus aquæ uitæ rectificatæ, & cum ampullæ sentient calorem, statim soluetur corpus siue fermentum solis, & uidebis in principio so-

d lem

RAIMVNDI LVLLII

lem distillari, & in fine figi, & in lapidem conuerti. Accipe ergo amba uasa, simul extrahendo de furno, uel balneo, & statim in una nocte soluetur aurum, & iterum congela, & hoc fac ter, ut de luna fecisti, & amplius in dei uirtute manebit exaltatum, quod bene congelari non poterit, quoniam ut oleum uidebitur inspissatum, & hic est preciosior modus omnibus, & deus nouit, quod hic modus in effectu subtilitate uirtute & bonitate, cum operationibus est subtilior & nobilior. Quamuis illas proprietates elixiris magni non habeat, quas philosophi elixir magnum habere affirmant, tamē si hanc medicinam miscueris cum sulphure debito, tibi noto, uel Veneris uel Martis, transformabit secundum hoc fermentum.

Non arbitreris quin hæc medicina habeat etiā modū suū multiplicandī sicut habent & aliæ, ergo si cum sole isto sic soluto bene miscendo impastaueris, argentum uiuum uulgi septies sublimatū cum uitriolo, & sit pro duobus lotis solis, quatuordecim argenti uiui, & postea sublimaueris impastatum, aliquibus uicibus, semper sublimatum super feces reducendo, tunc fixabitur mercurius in medicinā penetrantē & tingentē.

Item aliud miraculum: Si duos lotones huius solis, sic soluti per se ponerentur in igne lentissimo octo diebus, cum octo libris, & quarta parte unius libræ Mercurij congelati, totū in aurum conuertitur. Hæc em̄ miracula sunt in natura, & ideo fit, quia spiritus aquæ in solutione auri cum auro inseparabiliter fixabitur, & etiam oleum lapidis philosophorum occultū tibi reuelatum, loco præallegato, facit hanc medicinam penetrabilem, & amicabilem, & coniugibilem omnibus corporibus, & augmentat eius efficaciam, ultra modum, sic quod in mundo non est secretius eo. Vnde si sciueris hoc abbreviare, uel ab aqua itate separare, & laboraueris in modo mixtionis iam dictæ, poteris in 30 diebus lapidem componere. Item si
post

post quartā distillationem aquæ supradictæ postea septies distillaueris cum bono cinabrio & uitriolo, in æquali pondere, semper in qualibet uice, nouas res imponendo, & in qualibet distillatione materiam lapidis bene siccando, anteq̃ aquam infundas, postea cum duodecim partibus prædictæ aquæ posueris unam partem fermenti sic præparati auri, in uase circulationis fixabitur.

¶ De naturali euocatione corporū à suis spiritibus.

Nam in prioribus capitulis demōstrauimus, qualiter corpora pfecta habent dissolui, in aqua lapidis philosophorū, & qualiter habent purificari & fixari. Vnde ultimo restat ostendere, qualiter à corporibus imperfectis possimus sulphur naturæ extrahere, & de amborum unione.

In Christi igitur nomine, amen. Recipe calcem cuiuscūq̃ corporis uolueris, & pone in una ampulla, quæ habeat longū collum, & superpone de aqua uitæ rectificata, quæ supernatet quatuor digitis, & postea pone super cineres, & buliat leniter per unum diem, & post bulitionem pone in fimo calido uel stupa per duos dies naturales, ut melius digeratur, & separentur partes subtiles materiæ à grossitie seu grossitudine sua, transacto termino ampullam extrahe inclinando ipsam, ut aquam possis caute extrahere. Recipe aquam illam claram, in una cucurbita, & caueas ne feces turbentur, ratione inclinationis uasis, & incontinenti cooperi cucurbitam, cum suo coopertorio, & pone in fimo uel in stupa sicut prius fecisti, uase bene clauso, & facta euacuatione infunde aliam aquam similē primæ quod supernatet quatuor digitis, ut primo, & fac bulire in fimo, & scias quod istas operationes reiterabis quousq̃ corpus à suis spiritibus euacuetur, & si tibi aqua defecerit, sume cucurbitam in qua sunt omnes liquefactiones, & superpone alembicum & distilla aquam lento igne, scilicet per balneum,

d ij in tantū

RAIMVNDI LVLII

intantum quod habeas duas partes liquefactionis, & de ista aqua pone super materiam corporis, quæ est in ampulla, usq; ad quantitatem pristinam scilicet quatuor digitorum, & sic reiterabis donec tota terra sit euacuata, quam sic probabis. Accipe modicum de illa terra, sicca ad solem, qua desiccata pone super laminam ignitam, & si fecerit fumum reitera dictas operationes quousq; fumum non faciat, tunc semper teneas tuas liquefactiones in loco humido & calido, quia melius conseruatur.

Vnde cum ista compleueris perfecte, & signum predictum assequutus fueris &c. Extrahe materiam tuam ab ampulla, cum aliquantulo de predicta aqua, & pone incucurbitam & superpone alembycum, ut desiccetur materia, qua desiccata scias pondus eius, & eo scito habeas aquam uitæ peroptime rectificatam in uase circulationis, & de ipso tria pondera superpone & tam cito pone alembycum & claude bene, & completa distillatione, dimitte infrigidari, & tunc uideas quod terra sit bene sicca, & iterum pone aquam nouam in simili gradu rectificationis existentem secundum pondus predictum, & omnes aquas illas, quas à terra sic extrahis, pone ad partem in ampulla bene clausa, & omnes illas operationes reiterabis, donec terra in subtilissimum & inpalpabilem puluerem sit reducta.

¶ De exuberatione Mercurij.

Modo diximus de calcinatione seu liquefactione spirituum, quibus omnibus peractis siue præparatis, Recipe uas in quo sunt omnes liquefactiones & superpone alembycum, & distilla aquam per alembicum per balneum donec ad spissitudinem mellis deueniat, & tunc balneum dimitte infrigidari, quo infrigidato, mitte desuper de ista aqua quam modo extraxisti de terra tantum quod superemineat quatuor digitis, & pone ad inhumandum in fimo uel in stupha, per unum diem naturalem, uase peroptime obturato, quo transacto, superpone alembycum,

bycum,

bycum, & distilla aquā cum igne mediocri, & pone ad partem, facta ista distillatione & uase infrigidato, pone super materiam remanentē, de qua extracta ut prius, quod emineat quatuor digitis, & pone ad inhumandum ut prius, & distilla ut prius supra, & omnes istas operationes cōtinue reiterabis, & hæc materia dicitur argentū uiuum exuberatum uel lac uirginis.

Completa ista exuberatione scias pondus prædicti pulueris subtilissimi, & imbebe eum cū medietate sui ponderis aquæ exuberatæ, & pone ad inhumandum & nutriendum in calore fimi, per octo dies, & in fine istorum dierum inuenies materiā tuam, nimis humidam, & superpone ei alembycum, & distilla illam cum lentissimo igne, recipiendo aquam qua desiccata cū moderamine, iterato scias pondus, & pondere notato repone aquam quam modo recuperasti, & de illa aqua exuberata, fac cōplementū ad medietatē sui ponderis. Et omnes istas tales imbibitiones, & inhumationes, & calcinationes reiterabis, donec terra bibat de tali humiditate quatuor partes sui, & hoc cognosces ad tale signum, quod si ponas modicū super laminā ignitam, & si euolauerit in fimum factum est. Sin autem nō, reitera imbibitiones & inhumationes & calcinationes, donec cōsequaris signum prædictū, quo autem consecuto, pone super cineres, & da ignem primo lentum, & paulatim fortificādo donec tota materia ascendat superius, ad latera uasis. Et dum sublimatum fuerit, dicitur corpus exaltatum, in sale mirabili, quod omnes philosophi clamant lapidem & sulphur naturæ.

Salis uel sulphuris iam dicti inceratio sic fit. Recipe prædictum sal, cuiusuis metalli factum, uel aliquā quantitātē eius, & pone in crucibulo, & super cineres calidos situa ipsum, & dū erit aliquātulū calidum, pone de dicto oleo guttando guttam post guttam, donec sit spissum in spissitudine mellis frigidi. tūc remoue ab igne, & dū erit frigidum, accipe de eo modicū &

d iij

proba

R A I M V N D I L V L L I I

proba ad laminam calidam, & si leniter funditur factum est. Sin autem non, reïtera ut prius, donec lenissime fluat ante fugam mercurij. Et tunc proijce unum pondus super centum pondera mercurij crudi.

¶ Sequitur operatio caritatis cum oleo lunæ.

Lunæ autem oleum habet uirtutem fixatiuam, & dat fusio-
nem leuem super omnia salia facta. Incera ergo sal Iouis, cum
sulphur fuerit factum ex Ioue, cum oleo lunæ, donec fluat, &
proijce unum pondus super centū pondera Iouis, uel si sal fue-
rit de saturno, proijce unum pondus super quinquaginta Sa-
turni, & erit opus perfectissimum, melius omni naturali, Vel
si oleum est de sole incera cum sale ueneris, aut martis, & proij-
ce unum pondus super mille pondera ueneris.

Sal aquæ uitæ sic fit, Calcina fecesuini uel tartarum donec
sint albæ, Deinde imbibe eas cum aqua uitæ, sume rectificata
& acuata in uase circulationis, & pone ad putrefiendum per
diem unum, deinde lento igne distilla aquam, & ultimo calci-
na terram, uel sal, & iterū imbibe & distilla & calcina ut prius
per omnia, & fac quatuor uicibus, tunc pone per se ad soluend-
um, in balneo, quo soluto congela & fac hoc quater, & habe-
bis artis sal, siue mercurium testamentariū, si ne quo nihil fit.

In proiectione omnium medicinarum nostrarum iam dis-
ctarum, nullum inuenies alteratum, ad perfectionem extrinse-
cam, quousq; ducatur per cinericiū, quia stannum uidetur
stannum sicut prius, sed est modicum frangibile & modicum
induratum sine luciditate manifesta, quousq; per cineritiū be-
ne sit purgatum, & sic etiā de Saturno, & similiter de uenere,
sed est in colore Iouis, sed ductum per cinericiū poteris uide-
re hoc quod mutatum est in argentum depuratum. Et istæ di-
uersitates ueniunt per maioritatem uirtutum ramorum lapi-
dis secundum magis & minus, suarum præparationū & subli-
mationū

mationū

mationum, quare color spiritus mutatiue illarum non tantam uirtutem in suis substantijs grossis habet, quod ille posset per suam proprietatem segregare res heterogeneas metallorum, quando per suum spiritum transformantur, nisi per adiutoriū cineritij, & hoc est ratione substantiæ grossæ medicinalis in qua est colligata uirtus quæ transiuit, & quæ impediuit ad complendam actionem integram sui spiritus, quæ est diuidere, hoc quod non est de essentia naturæ, & coniungere hoc quod est propinquum ad naturam argenti uiui, quod post hoc inuenit mutatum in finem argentum, quod est melius quàm de mi nera. Sed non intelligas quod in suis cineritjs debes ponere plumbum, quia medicina facit totum cum adiutorio ignis cinerosi. Etiam quando dictæ medicinæ proijciuntur super corpora, postmodū ipsa non possunt pati ignem ignitionis, imo statim funduntur sine ignitione determinata. Et hoc est ideo quia sua natura non patitur contrarietate materiae indigestæ, quæ facit ipsum fundi ante tempus, quousq; per cineritium consumatur materia indigesta, quæ stat in loco substantiæ flegmaticæ uaporalis. Adiuua igitur uirtutes tuæ medicinæ p
 cineritium, & inuenies aurum & argentum, secun
 dum quod medicinæ fuerint in illis, uel
 ad album uel ad rubeum.

RAIMVNDI LVLLII

MAIORICANI DE SECRETIS

naturæ, seu de Quinta Essentia,

Liber unus.

P R A E F A T I O.



Eus gloriose, cū tuæ sublimis bonitatis ac infinitæ potestatis uirtute, incipit liber secretorū naturæ, seu quintæ essentiæ, qui doctrinam dat eius extractionis, & applicationis ad corpora humana, ad opera terribilia totius artis medicinæ procuranda, & uia philosophica finienda, qua occultata, & uera medicina occultatur, & etiam metallorū transmutatio obstruitur. Et reserata, qualibet eorū reseratur, q̄ quidem est imago omnium librorum super his tractantium, quæ Deus gloriosus exhibuit nobis, ut corpus nostrum à corruptibilitate quantū foret possibile per naturā usq; ad terminū nobis constitutum à Deo, & ut etiam ipsa metalla imperfecta in perfectum aurū & argentum transmutentur. Et quoniā desiderium meū est, ut artistæ huius artis Deum cōtemplantes per bona opera, potius Deum intelligant, recolant, & ament, pauperibus, uidiuis, orphanis male habentibus, sine precio magno uel minori succurrendo, & huiusmodi opera faciēdo, ut non simus similes illi, qui Domini talentum abscondidit, & ad finem sibi cōmissum non exhibuit, ut ait Matthæus 26 capitulo. Confidens em̄ in illo, qui inquit ad Moysen. Ero in ore tuo, ut te doceam quid loquaris, hoc secretissimū secretorum, archanorū archanum, uobis uiris Euangelicis duximus declarandū, diuina uirtute inspirante, & ipsius infinita bonitate iuuāte, modicam de ipsis principijs

cipijs

cipijs & regulis, ac de ipsius naturæ discursu facientes mentionem. Iam em̄ de omnibus istis satis plene tractauimus in placenti uisione, solū enim principaliter non curamus nisi de eius placito & cognitionis applicationis commodo, cuius ratione presentis libri exordium incipimus ad ipsum summe metuentum, diligendum, recolendum & amandum.

¶ At liber iste diuiditur in tres partes, uel distinctiones. In prima uero parte ponimus intentionē & cognitionē essentiae quintae, & extractionem eius à quibuscunq; rebus elementatis. ¶ In secunda parte ponimus modū practicandi & applicandi eam ad corpora humana. ¶ In tertia uero parte, dāmus modum practicandi cum ipsa in metallorū corporibus, scilicet, in eorum transmutatione in aurum & argentum.

¶ Item in prima distinctione duo facimus. Primo recitamus possibilitatem quintae essentiae in genere. Secundo uero facimus quod prius dictū est. Et quia sacra scriptura est unū de mēbris theologicis, ideo in primis duabus distinctionibus ipsam ponemus, & in distinctione tertia uerba philosophica adiungemus.

DISTINCTIO PRIMA, DE POSSIBILITATE quintae essentiae in genere.

Redimur namq; tibi fili, quod necesse est tibi scire & intelligere proxima philosophorum principia, à quibus petita ratio accipit radicalitatē immediate, & ex quibus immediate, artista sua propria condiat instrumēta, & iam sic fit, quod per huius libri processum aliqualiter consistit declaratum. Tamē in hoc capitulo in summa una breui enucleare proponimus, & dicimus, quod principaliter tria sunt principia, cum quorū cognitione artista huius artis operatur hoc
e quod

RAIMVNDI LULLII

quod uult, tam in medicina, q̄ in alchimia metallica & lapidifica ad componendū hoc quod uult, sine hoc quod natura elongetur. ¶ Primum namq; principium est materia, quam artistam huius operis oportet cognoscere, per quod quidem medicina uel lapis accipit substantiale esse, quia si materia est talis sicut postulat natura, erit formæ acceptabilis, quæ per impressionis defectum elongari minime potest, quando quippe uirtus ibi operatur, quod est medium principale inter dictam materiam & alteras essentias, sicut tibi per processum huius libri dicemus. ¶ Secundum uero principium est simplex ualde respectu primi, cum sit primi medium, per quod quidem primum immediate habet perfectionari. ¶ Tertium uero principium est essentiæ quintæ, à quibus uirtutes septem dependent, operatiue, informatiue in quintis essentijs in inferioribus materialibus, quæ sunt mediatae. Primum namq; principium seu materia primi principij, sunt argentum uiuum cum omnibus metallis suis alterabilibus in illa albatōne quā in distinctione tertia reuelabimus. Item principium secundū, uel illius materiæ sunt limphæ subtiles, in quibus resoluuntur limositates primi principij in substantia mediocri & subtili materia, in qua uerè minerales uirtutes quiescunt. Quippe materia tertij principij est nimium essentialis existentibus uirtutibus stellarum fixarū & non fixarum & earum aspectus; & istæ per quotidianas influentias infunduntur in materia appropriata cum arte secundi principij, quæ immediate quiescit in uirtute minerali tam in herbis & animalibus q̄ in metallis. Causat igitur secundū principium, & est conueniens receptibile tertij, & omnium suarū uirtutū descendentiū à cœlo, quæ sunt omnis rei generatae perfectio & forma, sicut liquide uidetur per inherētia principia. Quod uero generat materialiter à primo, unde exit uirtus mineralis, quæ est essentia quinta elementalī, quæ est materia
simplex

simplex

Simplex, & hæc uere perfectionatur in accipiendo formam per essentiam quintam cœlestem, quamq̃ in ipsa influat & imprimat. Igitur hæc uirtus media grauida à uirtute acuta artificialiter per materialem refluentiã perfectionalẽ cum suis uirtutibus primiprincipij materiã ponit in esse perfecto per uirtutẽ mediam mineralem, quæ est cõmunis res lapidibus, & medicinis, & metallis, sicut plene tractauimus in nostro Testamẽto modo generali in parte prima in capitulo quod incipit. Nunc fili mi obiectare poteris, &c. ¶ Referimus namq̃ tibi o fili mi, quod mineralis uirtus sit cõmunis lapidibus, metallis & plantis. Omnis enĩ differentia quã accipit una ab altera, ipsa mouetur ab informatione, quæ administratur ei diuersimode, quia una informatione indiget dicta uirtus in metallorũ creatiõẽ, aut in generatione & eorum transmutatione in elixir, quæ quidem transmutatio, & informatio accipitur per gubernationẽ caloris extrinseci, qui mouet mineralem uirtutem informatiuam, quærendo motum secundũ cognitã intentionem operarij naturalis, sicut declarauimus in Testamento, & inferius declarabitur in tertia distinctiõẽ.

¶ Præterea sumus de intentione ut breuiter tractemus super Testamentũ & Codicillũ, quia requisiti fuimus per dominum Regem Robertum illustrem. Item reliqua uero intentio formationis qua dicta uirtus mineralis indiget ad intentionẽ transmutandi metallorũ materiã in lapides preciosos, fit cũ magis lento calore extrinseci, & cum motu tardiori, qui formatur tam per calorem obrestem, q̃ per communem coniunctã & diuersã, sicut declaratum in nostro lapidario existit.

¶ Item reliqua uero formatio, qua dicta uirtus indiget ad compositionẽ medicinæ, fit cum maiori calore, & cum repentino motu.

¶ Item fili mi ignorare non habes uirtutẽ, quæ causatur, quare causatur per dictorũ trium principiorum

e ñ coniu

RAIMVNDI LVLLII

coniunctionē, & eorum deriuationē, cuius uero cognitio habetur per effectum principalem, qui uenit à quantitate, & à qualitate distincte, & etiā à motu cœli & stellarum, & rerum generabilium & corruptibiliū motarū, & per eam informatarū. Non uero dicimus quod sit opus artistæ operari cum figuris & cœli imaginibus per cognitionē suorum motuū, sicut quæ plures philosophi asserunt. Sed sufficit tibi habere cognitionē per influentiam caloris cœlestis informati per figuram cœli & stellarum, quorum ratione infunduntur uirtutes in materia apte appropriata, & illam recipit per naturalem artistæ industriā cum resolutione, quæ fit per artem naturæ similiter. Quæ uero mutat duram materiam ad principium naturæ sui ad finem, quod sit apta ad generationē ad recipiendum uirtutes in aquis infusas fortium mineralium uirtutū, sicuti ipsam & accipit & recipit uirtutē informatiuam embrionis. Et in isto passu philosophi fuerunt illusi ad illorū reprehensionē, qui cognouerūt, quomodo cœlestis uirtus sit nimis cōmunis omni elementatæ naturæ, sua enim magna nobilitate omni tempore determinationem accipit, quoniā in rebus mixtis influitur tantū per artem sicut per naturam, & hoc quippe fit ratione uirtutum naturalium, quæ sunt sibi subiectum & proprium retinaculū tali modo, quod secundum proprietates materiæ, & eius speciem proprie recipiet eiusmodi uirtutem, quod post talia condit per naturam, quæ pro miraculo reputantur.

¶ Item notet quilibet artista, quod natura operari non potest nisi ad minimarū successionē, nec etiam potest recipere aliquas uirtutes nisi successione suæ operationis, nec etiā possunt simul, nec constellationes possunt sufferre alicuius temporalis stationem punctuarij in certa uirtute, quæ confestim non diuersificetur, etiam dato quod posset. Tempus quidē constellationis est ita minimū ratione circulorum reuolutionis, quod
ante

ante

ante transit de una uirtute in alteram. Cur quippe non sine cognitione suorum motuum, in qualitate & quantitate, imo per artem succurrimus ad accipiendū & uenandū uirtutes iam dictas coelestes, cum sint cōmunes omnibus rebus inferioribus: & illas quoq; includimus in aquis grauidis ex uirtutibus mineralibus ad hunc finem, quod in tēpore modico possimus exhibere multas uirtutes, & infigere in hoc quod elyxir, uel medicina humana, uel lapis præciosus uenit ad terminū: & cū dicta uirtus cōmunis quæ antea fuit atq; deuenit de cœlo per cursum naturæ in materia prima, admisit de sua propria uirtute in multiplicatione luminaris terrestris uaporabiliter sublimati cum ingenio artificiali: cum igne & diminutione ipsa per uirtutem post instinctu naturali attractiuo uirtualiter recipiet reliquas potentias terribiles, quibus impletur causa inuacua: & ingrediuntur per influentiā penetratiuam subtilem in alijs potentijs, in spiritali materia subtiliata in simplicitate per ingenium naturæ, & artis restauratiuæ.

¶ Item intellige, quod ista attractio uirtutum simplicium sit simul uirtutibus materialibus, quia ex eo operamur in locis materialibus nullo possunt tempore attrahere nisi cōcordātes materias, & similes in materiali natura. Sed in tantū in quantum operamur, & simpliciter in descensu cum impressione, & uirtutis influentia in dictis materijs, descendēdo iam sic quod non sit in tantum diuisa & hoc per magnam & potentem subtilitatem realium entium cœli & planetarum. Per quam uero accipiant generalē uirtutem & cōmunitatē in natura inferiori usquequaq; influente & in determinata materia. Tunc uero accipiunt certam determinationē per causam considerationis, quæ accipitur per materialia, quæ retinent illas sicut spiritus animæ. Et tunc sequendo uirtutem sui generis secundū meritū materiæ, in qua influuntur. Et propter hoc Basiliscus interficit,

e iij & ful-

RAIMVNDI LVLLII

& fulgur numos liquefacit sine bursæ leſione, totum autē hoc non est, nisi quintæ essentiæ congregatæ & receptæ in unum iam natæ in simplici materia elementorum, secundū quod materia unius elementorum dominatur super alterum; secundū quod coadunatur per uirtutes iam dictas operatiuas cū essentis quintis elementorū in certa & propria determinatione potestatis, ut patet in basilisco & fulgure quibus uirtus est altioris elementi simplicissimi in materia simplici, in quibus dictæ sex uirtutes infunduntur, & ideo interficiunt subito etiam medicinæ compositæ in subtili & proportionata materia dictis uirtutibus in instanti uel quasi mutant corpora humana, uel metallica, & hoc ratione supradicta probatur. Sed super basilisci naturam multi philosophorū considerauerunt in metallis operari cum materiæ subtiliatione, & penetratione & retentione, & inspissatione dictæ essentiæ quintæ intus in materia metalli, ut ex ipsa fiat elixir, quæ uera fuit in hoc. &c.

¶ Verum tamen filii mi triplicem considerationē in principio secundi habemus. Primo in medicina humana.

Secundo in metallorum transmutatione, Tertio in lapidibus pretiosis.

¶ In primo enim non consideramus nisi aquas aereas, induobus uero ultimis aereas & terreas. ¶ Consideramus tamen specifico modo, ut patet per eorū libros, scilicet lapidarium & testamentū & codicillum, ut infra uidebitur in tertia distinctione, quia unius sunt naturæ, quæ in terra mittuntur, & alterius quæ ad aerem ponuntur. Quæ uero in terra mittuntur, habent uirtutem fixatiuam & coagulatiuam. Et aquæ aereæ habent potestatem indurari & coagulari, ita in elixir sicut in lapides preciosos, secundum quod proportionatur materia uel ad elixir uel ad lapides iam dictos & quo ad indurandum, fixandum, uel coagulandum, indigent forti

vira

uirtute minerali sine aliqua ignitione multiplicata per coelestes uirtutes, quæ habent uirtutem constrictiuam & imitantur proprietatem materiae & loci, ideo ponuntur & inhumantur in loco terrestri, quia nullius alterius elementi locus ita competit. Per experientiam enim uidemus, quod radij corporum coelestium non ita uniformiter congregantur sicut fit in terra. Tanta est igitur uirtus radiorum corporum coelestium, qui influunt in terram, quod per uim ipsa tantum rerum terribilium est productiua, quod narrari non potest, propter hoc quod est receptiuum, constrictiuum, firmatiuum, generale omnium illorum uniformiter in figuris, & formis diuersis subtilibus cum informatiuo adiutorio, quod sol eis dat uirtute suae circulationis & sui motus, quod est principale informatiuum immediate totius naturæ inferioris, quæ in partes tres diuiditur principales, scilicet animalem, uegetabilem, & mineralem, sicut declarauimus in pluribus libris, & potissime in libro de intentione alchimistarum & codicillo.

¶ Et propter hoc cum terra sit locus, in quo radij omnes stellarum influunt uirtutes proprias, & in quo cogantur, per quos influunt in ipsa proprias uirtutes operatiuas, & uiuificatiuas, sicut suarum sphaerarum centrum & retinaculum principale suarum uirtutum in curia scita cum omnibus suis partibus, & iam pars illa, quæ mortua est ad uitam reuertitur per partes coniectiuas cum coelesti uirtute & eius spiritus. Et quidem plus etiam dicimus, quod quomodo aquæ nostræ in terram ponuntur, sicut tibi dicimus, ipsæ trahunt suis proprijs uirtutibus uires terræ quas uero accepit a coelo cum sua uirtute propria plus de duobus archi projectionibus, sicut ferrum trahitur per adamantem, & hic retinetur, quia proprietas coelestis est uirtutis, quod quanto descendit in terrestri elemento tanto crescit per terram per spiritum increscendi, &

per

RAIMVNDI LVLLII

& per spiritum per condensationē usq; inuenitur primum in retinendo cum spissatione, cum hoc certū sit, quod nullū terre-
stre corpus existens in sua solidatione, proprie non est aptum
ad recipiēdum uirtutem, nec illam retinere, sicut refert donec
quod in medio essentiali, quod est spiritus, qui est subiectum
animæ & à corpore primo acciperet taliter quod dissoluatur.

¶ Postea trahatur spiritus eius à uentre eius, quoniā ita po-
stulat ratio naturæ, et propter hoc tamen per nos per artificiū
simile naturæ materia propria & altissimo spiritu, in quibus
uirtutibus habent retinaculū corporis in spiritu per resolutio-
nem trahuntur & apprehenduntur cum nostro spiritu, qui in-
tus est in uitro, & inhumato in terra cum suo proprio appeti-
tu cum condensatione, & cum tali spiritu congelamus argen-
tum uiuum uulgi improbatū argentum tam bonum, sicut de
minera sine attendendo ignis calorem, qui dicitur communis,
sicut declarauimus in libro, qui dicitur. Experimentorū, qui li-
ber est principalis, & clauis omniū librorū, quousq; ad istum
composuimus in hac arte. ¶ Intellige igitur fili mi, quid po-
test ipse facere cum sua constrictione in alijs materijs, cum si-
ne igne nobilificat argentum uiuum, quod est communis & ru-
dis substantiæ per transgressum eius per medium ratione me-
dij naturalis. Et cum hoc sufficit tibi modus generalis, aquarū
tam uegetabilium quàm mineralium ad medicinam humanā
& lapidem philosophorum, & lapides preciosos, & hæc est
regula generalis.

¶ Theorica De extractione essentię quintæ.

Dicto de intentione & consideratione quintæ essentię
rerum, nunc dicendum est de eius extractione. Et pri-
mo à quinta essentia uini incipiamus, cum ipsa sit uir-
tus, per quam omnis huius libri adimpletur operatio. Hoc est,
in quo

in quo omnes laborauerunt inquirentes rem creatam aptam ad finem, qui principaliter possit humanum corpus à corruptibilitate & à putrefactione & diminutione seruare, quia hoc est quod omnes naturaliter affectant, nunquam mori.

¶ Secundario, ut magisterium transmutationis metallorum & lapidum sit secundum rei ueritatem reuelatum, cum in quinta essentia uini consistat totum. Nam ut ait Paulus de homine dicens in epistola ad Corinthios: Nam quid sumus in tabernaculis nostris nisi iugum miseriarum: scilicet ex infirmitatibus, eo quod uolumus expoliari, & esse cum Christo. hæc Paulus. Quoniam pauci philosophi peruenierunt ad notitiam rei talis & eiusdem, & ratio huius est, quia medici & philosophi nostri temporis nihil faciunt nisi pecuniæ desiderio, & ad finem honoris, quare Deus nequaquam uult hoc illis cōferre, cum sibi sint contrarij per auaritiam & largitatem. Sed inquit noster philosophus & ueridicus Paulus ad Hebræos capitulo quarto in fine: Constitutum est hominem semel mori. Sequitur quod fantasticum est querere rem ad corporis hominis perpetuationem, maxime quia Genesis capite secundo inquit Deus: Ne forte Adam mittat manū suam & comedat de ligni uitæ fructu, & uiuat in eternū. emisit igitur Deus ipsum de paradiso, &c. Et subdit: Et collocauit Deus Cherubim, flāmeum gladium atq; uersatilem habens in custodiam ligni uitæ. Esset igitur fantasticū affirmare, quod Deus daret ei rē ut perpetuaretur extra paradisum, quod prohibitum ipsi extitit. Hoc autem fili mi ex sacro textu ineffabiliter teneamus, quod Deus unicuiq; terminū uitæ præstituit, qui nullo ingenio humano pertransiri potest, uel quocunq; eius subsidio, Iob dicente: Breues dies hominis sunt, & numerus illorum apud te est. Posuisti terminos eius, qui præteriri non poterūt. Ergo querere subsidiū ad uitæ terminū prolongandū fantasti-

f cum

R A I M U N D I L V L L I I

cum est & inane. ¶ Restat igitur rem querere, quæ citra terminum uitæ nostræ possit corpus nostrum a putrefactione seruari, et infirmum curare, & deperditum restaurare, donec ueniat ultimata mors in termino præfixo ab altissimo creatore Deo. Ratio namque naturalis nobis demonstrat, quod corpus hominis non potest per rem minus corruptibilem a corruptibilitate conseruari, aut ab infirmitate sanari, quam per rem magis corruptibilem, cum corruptibilitas, & etiam defectus & perfectio contrariantur, nam uno simili addito sibi simili, facit magis simile. Nulla igitur res, quæ ad non esse habeat inclinationem, conseruari potest per consimilem rem. Sed quærenda namque est res quæ ad se habeat inclinationem, unde quanto magis res inclinationem habet ad esse, tanto minus habet in se de contrarietate & corruptione. Sed nulla talis medicina multis reuelata est, in qua sit tanta perfectio appetitus ad esse, quod quasi miraculose effectum faciat mirabilem in humanis corporibus, quod reputatum quasi ad miraculum. Sed nulla medicina de mundo hoc poterit nisi nostrum menstruum uegetabile cœlesti animal, quod dicitur quinta essentia, nam carnes a corruptione conseruat, elementatiua confortat, iuuentus pristina per ipsam restauratur, spiritum uiuificat, crudum digerit, rarum indurat, induratum rarificat, macrum impinguat, pingue debilitat, inflammatum infrigidat, infrigidatum inflamat, humidum desiccatur, siccum humectat quoquo modo, una & eadem res contrarias potest operationes, solus actus unius rei diuersificatur secundum naturam recipientis, sicut calor solis, qui contrarias operationes habet, quia lutum desiccatur, & ceram liquefacit. Actus tamen solis unus est in se, neque quantum in se contrariatur. Item fili mi dictum fuit supra, quod spiritus iste in subtili materia eleuatus, appetitum habet ad hanc complexionem, uel ad illam, quæ per philosopho

loso

Philosophos prima materia esse rerum asseritur. Namque sicut forma uniuersalis habet appetitum ad omnem formam, sic quinta essentia ad quamcunque complexionem. ex quo euidenter patet quod quinta rerum essentia illius dicitur esse complexionis cui adiungitur, sicut si calidis adiunguntur calida, fit in eodem gradu & fortiori propter subtilem materiam, in qua sua forma, & actus eleuati sunt cum quibus ita operatur, sicut basiliscus & fulgur, de quibus supra diximus. Hanc uero naturam aliqui dixerunt non esse calidam, neque humidam, nec frigidam, nec siccam, ex eo quia de sui natura cum omnibus concordantiam habet. qui uero in hoc errauerunt, contra quos nos formamus hanc rationem: Omne quod est, aut est intellectuale, aut sensuale, sed quinta essentia natura est, ergo &c. Non est intellectuale, cum in rebus uegetabilibus non sit intellectuale, nec in mineralibus, est igitur sensuale. Sensuale uero omne est compositum ex quattuor elementis, & quia compositum ex quattuor elementis, oportet quod in quolibet elemento elementa sint actu, alias enim elementata non erunt composita, nisi ex accidentibus elementorum, & sic indiuidua erunt accidentia & non substantia, aut erunt composita ex alia substantia, praeterquam elementorum, quod est impossibile. ¶ Praeterea esset possibile, quod actus alicuius accidentis inseparabilis esset sine subiecto proprio in aliquo indiuiduo, sicut caliditas ignis, quae in indiuiduis impossibile est existere sine proprio subiecto suo, & hoc est impossibile. Est igitur quinta essentia composita ex quattuor elementis, & in ipsa sunt actualiter omnia elementa cum omnibus suis actibus. Sed omnia in ipsa sunt aggregata in tam subtili materia, & in forma tam subtili, & tam simplicitati propinqua respectiuo modo, sicut in oculo basilisci, ut per experientiam patet in curatione morborum, & in metallorum

RAIMVNDI LVLLII

transmutatione, & in preciosorum lapidum confectione.

¶ Non autem fili mi intelligas solū de una specifica nos hoc dixisse, sed in generali de quibuscunq; quinque essentijs, iuxta suum modum & operationem. Hanc uero naturam philosophi fili mi uocauerunt cœlum, quoniam sicut cœlum influīt in nobis aliquādo calorem, aliquando humiditatem, &c. sic quinta essentia in corporibus humanis ad artistę placitum. Et quidam naturam istam ad unum contractam dixerunt menstruum, quia menstrui proprietatem retinet, ut in libro tertio dicemus. Scimus nanq; istam naturam modernis esse occultam, & ipsos penitus de eius ueritate nihil perpendere. ¶ Huic uero cœlo applicamus stellas suas, quę sunt plantę, lapides, & metalla, ut communibus omnibus in nobis uitam & salutem. Fili mi hanc naturam princeps medicorum Hypocrates scire medicis pręmisit dicēs in prognosticis: Est etiā quoddā cœleste, quod ipsum medicum pręuidere oportet, cuius si tanta sit prudentia, sit admirabilius nimiumq; stupendum, nonne illius est ut fieri rerum periculū omnino prohibeat, aut salutem cōpetenti adminiculo tolerabilius faciat? quasi dicat, quod sic. ¶ Certe fili mi, uerū dixit Hypocrates, quia futurum periculū euitari potest a corporibus, ex eo quia omnem incorruptibilitatem, ex qua infirmitas prouenire potest expellit, & humores inæquatos æquat. Aut postquā infirmitatem prospexerit, competenti adminiculo administrato tolerabilius facit, quia infirmum liberat Deus. ¶ Præterea Fili mi, admirabilis est sapientia magistri hanc naturam cognoscentis, quia cum hac natura talia opera in medicina condit quod uideatur miracula facere. ¶ Galenus enim ueritatē huius narrare noluit, quia ipse dixit, aeris dispositionē nos cōtinentis, ut uidetur in glos. prognosticæ. His etiam modernis reuelata est hæc natura per Ioan. Damascenum in libro de simplicis

plici

plicibus medicinis in principio dicentem: Nulla est causa quæ
renda nisi à cælo, sed à quo cælo assignare noluit. Sed solum
tibi fili hoc est per nos reuelatum, ut Deum intelligas, ames &
recolas, & sis memor finis tui, omnia ad honorem & laudem
dei applicando.

HAEC EST PARS SECVNDA PRI-
mæ distinctionis primi libri, quæ docet trahere quintam
essentiam à plantis, & primo à uino, unde incipit canon
primus, qui intellectum regulat in hac operatione.

Non reputes nos mendacium dixisse in hoc, quod de
quinta essentia præmisimus. Quare fili scias, quod
nullus modernorum sciuit, nec ad eius peruenit notitiam,
nec uidimus in diebus nostris, quod quis intelligeret de hoc
quicquam, scilicet de secreto & magisterio eius. ¶ Igitur
in nomine domini nostri Iesu Christi. Accipe uinum rubeum
uel album, & sit de meliori quod poterit reperiri, uel saltem ca-
pias uinū, quod non sit acetosum quo uis modo, neq; parū ne-
q; nimīū, & distilla aquā ardentem, sicut consuetū est per can-
nas brachiales æris, & postea rectificā illam quater ad maiorē
rectificationem. Sed dico tibi, quod ter sufficit rectificari &
beneclaudere, ut spiritus comburens nō exhalet, quia in hoc q̄
plures errauerunt usq; ad septies arbitantes rectificari. Est
autem tibi fili mi signum infallibile, postquam uideris, quod
zuccharum madefactum in illa positum ad flammā combura-
tur similiter aqua. Postquam autem sic habueris aquam præ-
paratā, tu habes materiam, de qua quinta essentia trahitur ad
actum, quæ est una principalis, de qua intendimus in libro
hoc. Accipe igitur illam, & pone in uase quod circulationis ap-
pellatur, uel in pellicano, quod dicitur uas Hermetis, quorū for-

RAIMUNDI LULLII

ma inferius apparebit, & claude fortissime foramen cum oli-
bano, uel mastice molli, uel uiua calce mixta cum ouorum al-
bumine, & ponas in fimo calidissimo per sui naturam, aut in
uinacia, quibus nullus calor per accidens attribuitur, quod fili
facere potes, si in quantitate magna posueris de qualibet istar-
um rerum ad angulum domus, quæ quantitas sit xxx. oner-
a gerularia. Hoc esse oportet, ut calor non deficiat uasis, quia
si calor deficeret, corrumpetur aquæ circulatio, & qd̄ quæ-
rimus non fieret, si non calor continuus ei administratus fuerit
per continuas circulationes, nostra s̄ essentia separaretur in
colore cœli, quod uidere potes per diametralem lineam, quæ
partem superiorem, s̄. quintam essentiam diuidit ab inferiori
s̄. à fecibus, quæ sunt in colore turbido. Est autē natura ista
quasi incorruptibilis & immutabilis, ex eo quia ad tantam glo-
rificationē deueniet. ¶ Nam & ita habet respectu totius cor-
poris mūdi, illo modo quod per artificiū mutari potest natura,

Canon 2. Quo continetur scientia, qualiter nostra
quinta essentia ab artista cognosci potest.

FActo per multos dies in uase circulatione inferius de-
scripta, aut in uase Hermetis continuatio circulationis
aperies foramen, quod cum dicto clausore obstruxisti, &
si odor supra mirabilis exeat, ita quod nulla mundi fragran-
tia ei comparari ualeat, in tantū quod uas positum ad angu-
lum domus miraculo inuisibili trahit omnes intrātes, aut uase
posito supra turrim trahit omnes aues, quibus omnibus odor
naris attigerit, ita quod circa se ipsum stare faciat, tunc habe-
bis fili nostram quintam essentiam, quæ aliter dicitur mercuri
us uegetabilis ad tuum libitum, ut applies in magisterio me-
tallorum transmutationis. Quod si non inueneris influxum
attra-

attra-

attractionis, reclude uas ut prius, et pone in loco prius assignato, & stet ibi donec consequaris signum prædictum. Hæc uero quinta essentia sic glorificata non habebit illum odorem nisi corpus sit dissolutum in ea, & illum ardorem in ore tuo sicut aqua ardens, hæc quidem uocatur à philosophis clauis totius artis philosophiæ, & tam cœlum quam nostra quinta essentia. quæ eius adiutorio uenit ad tantam sublimitatem, nobili forma sunt impleta, & subtilissimam materiam habent, ut per se solum, & cum stellis terrenis, quas supra diximus, faciat operator huius operis miracula supra terram.

Canon 3. Qualiter nostra quinta essentia, seu uegetabilis mercurius haberi potest sine magnis expensis pro his qui altissimam paupertatem obseruant.

Concreauit altissimus non solum in aqua ardenti, sed in omni planta, lapide, & metallo quintam essentiam quandam durabilem atq; mirabilem, atq; etiam in animalibus, serpentibus, &c. Aperi igitur filii intellectum, & intelliges ueritatem, quia res generabilis & corruptibilis statim destruitur postquam uel corruptionis rei & elementorum contrarietate exhalat. Nam hoc signum à uino accipere poteris postquam conuertitur in acetum, quia ab ipso aqua ardens distillari nequit, nec per consequens quinta essentia, cum quinta essentia cum aqua ardenti & spiritu combustibili trahitur, quæ quinta essentia dum est in uino uinum in sua uirtute existit, si autem conuertitur in acetum, & sic de alijs similibus istis. Trahas ergo quintam essentiam cum aqua ardenti, simul per cannas brachiales, ut supra diximus ex quocunq; uino, quamuis turbato & feruido, præterquam ab aceto, cum in aceto non est aqua ardens, nec per consequens quinta essentia. Nam summa cautela

tela

RAIMVNDI LVLLII

tela est tibi fili talia uina pro modico precio, quæ inueniuntur habere, & facere ut supra, quia quinta essentia, quæ quasi incorruptibilis est propter malam uini complexionem non corrumpitur. Modus namq; primus & omnium principalis est, quem tibi superius nominauimus. Secundus est uerus, quod capias ampullam cum collo longo, & ex dicta aqua ardenti imple duas partes, & gira collum ampullæ claudendo prius ipsum cum cæra, uel dicto clausorio, ac deinde sepelias eam totam in loco superius deputato, & stet ibi donec consequaris signum sæpe dictum, quam trahes perforando collum ampullæ. Caueas tamē in attractione eius à uase, quoniā statim miscetur quinta essentia cum fecibus, si forte suauiter non eleuata est à loco circulationis per artistam deputatum. ¶ Hæc uasa sunt illa, quæ tibi superius nominauimus, ex quibus fit magisterium, quæ ultra rostrum impleri debent aqua ardenti, & uasa ista habent formam cubitalem in longo, & in amplo mensuram unius palmi, & sint integre facta & solida.

Canon 4. Qui docebit te extahere quintam essentiam ab omnibus plantis, fructibus, & radicibus, carnibus, ouis & sanguine.

Est aliud ex secretis naturæ, ut tu fili scias trahere quintam essentiam ab omnibus plantis, fructibus, radicibus, carnibus malium, & ouis, et auium, & sanguine, &c. Capias igitur quamcunq; rerum uolueris, & teras bene fortiter in mortario, & pone ad putrefaciendum in uase per quadraginta dies, postea extrahas, & distilla aquam per alembicum ter uel quater, sic aquam ardentem fecisti, & in quolibet supradictorum uasorum pone ad circulandum, donec signum consequaris odoris prius iam dicti. Aut fili trahas à quacunq; istarum
gran

rerum quattuor elementa & aerem, & ignem pone in uasis iā dictis, & fac circulari, donec consequaris signum prædictum, grandissimū enim est opus factum in magisterio medicinae. Omnes istæ quintæ essentiæ sunt quouis istorum modorum extractæ. in millecuplo enim plus operantur quàm earū medicinae ante earum extractionem, taliter quod pro miraculo reputatur apud uniuersum orbem. Nihil quippe in omnibus quinque essentijs addimus. s. in earū extractione, nisi quod per nouum artificium superflua debemus remouere.

Canon Quintus, qui docebit extrahere quattuor elementa ab omnibus rebus. s. plantis, animalibus, & metallis.

Cum prætermittamus pro modico tibi reuelare secretū. s. qualiter poteris elementa ab omnibus rebus. s. metallis, plantis, & animalibus extrahere. Et regula generalis est, quod illa, quæ de plantis terenda fuerunt terantur, & post contritionem ponantur in uase uitreo in fimo equino ad putrefaciendum per mensem cum dimidio, quo transacto pone super uas caput suum, & distilla aquam per balneum maris, quod tibi inferius reuelabimus per figuram unam, quousque per balnei distillationem plus noluerit distillare, tunc temporis extrahe cucurbitam à balneo, & reuera aquam, quam distillasti super feces, & gira bene cum sigillo, & claude & pone ad putrefaciendum per decem dies, postea extrahe, & pone desuper caput alembici, & distilla per ignem cinerum, quousque noluerit plus per illam distillationem distillare. Tunc fili mi scias, quod tu habes extracta duo elementa ad partem, nunc igitur ut diuidas illa, quæ sunt aer & aqua, facies sic. Tu fili mi aquam illam quam per secundā distillationem distillasti accipe, & po
g ne in

ne in cucurbitam distillationis, & repone caput alembici
 & distilla in balneo, & illud quod distillaueris non est nisi a
 qua, quoniam per illum gradum caloris nihil aliud exit. Nam
 ignis balnei dicitur ignis primi gradus, & ignis cinerum dici-
 tur ignis secundi gradus, & ignis ardens dicitur ignis tertij gra-
 dus. Fili ualde utilis est ista scientia graduum ignis ad ista co-
 gnoscenda potissime in metallo propter caloris cōfusionem,
 & tunc fili aer manet in fundo uasis, quia non ualuit per calo-
 rem secundi gradus exire, & tunc repone ad partem, & reitera
 aquam, quam ab aere extraxisti super feces, & fac sicut prius,
 & pone ad putrefaciendum in fimo per tantū tempus, sicut de
 aere fecisti, & pone ad distillandum in igne tertij gradus, & da
 sibi ignem, donec totus distilletur, & post hoc reitera ad distil-
 landū in balneo, & exhibit aqua, & ignis manebit in fundo ua-
 sis, quia non ualet per illū calorem exhalare, & serua ad par-
 tē. Hæc quæ tibi diximus, de omnibus uegetabilibus intellige
 quæ in succo abundant. Et sic quoq; facies in metallis, prius cū
 nostro mēstruo illa resolueret facies sub fimo per unam hebdo-
 madam, & quod menstruum sit acutum cum uegetabilibus
 aliquibus illorū, quæ inferius in quæstionario dicemus. Post-
 quam uero fili metalla fuerint dissoluta pone ad distillandum
 in igne primi gradus & exhibit menstruum, & manebit calx
 metalli in fundo. Post hoc uero reitera super feces metalli de
 nouo menstruo ad pondera metalli, & pone ad putrefacienda
 dum per mensem cum dimidio, & post hoc distilla sicut fecisti
 de uegetabilibus, sed qualibet uice adeas nouū menstruū super
 feces. Fili multæ fuerunt opiniones philosophorum in ex-
 tractione elementorum à mineralibus, sed hic ponere non cu-
 ramus, quia diuersimode tractabimus in tertio libro.

¶ Canon 6. De Calcinatione metallorum,

Fili

Fili multi philosophorum in aqua forti communi facta ex vitriolo & sale nitro sua corpora metallorū dissoluebant, & per euaporationem trahebant aquam illam, & calx corporum remanebat infra uas, & postea cum aqua dulci communi illam abluiebant, & per euaporationem trahebant aquam illam. Et post illam calcem cum menstruo dissoluebant ad opera sua, quæ non secundū quod competebat sequebatur finem optatum. Ratio huius est, quia dissolutio, quæ fit cū forti aqua non est talis, sicut natura postulat, & quia etiam illi, qui talia fecerunt ignorauerunt uegetabilia nostrum menstruum acuentia, & etiam ignorauerunt aquā mercurij uulgi, quam in compendio missam regi Roberto reuelauimus, quod compositū est sup Testamēto & Codicillo in parte illa, quæ tractat de compositione margaritarum sic conditarum, &c. Sed fili tibi reuelabimus in hoc capitulo calcinationes, in qua nullum metallorum amittit de specie, & menstruum infra modicum tempus ipsum resoluet. Et magisterium huius secreti tale est, q̄ tu fili capias aurum uel argentū in tenues laminas redactū, & accipe particulam cum tantundem de argento uiuo uulgi, & pone ad ignem lentum, & cum fumauerit mitte laminas, & moue cū ligno, & post hoc mitte in gazola in aqua quæ sit frigida, & si talis fuerit pasta, q̄ frangatur ad modum metalli campanarum, nisi reuertatur massa alembici, & dimitte euaporari plus de argento uiuo, & iterum mittatur in aqua, & postquam dura fuerit, sicut dictum est, pone pastam in galas iade ut diximus cum quarta parte sui salis communis, & contere fortiter donec pasta & sal totū uideatur sal nigrum. Accipe igitur fili istud sal, & pone in sublimatorio si uolueris seruare argentum uiuum, quod si non, pone illum in quadam gazola, quæ ignem sustineat, & da sibi ignem donec uidebis, quod totus mercurius exhalauerit, uel sublimauerit.

g ij uerit

uerit. Postquam uero hoc compleueris mitte istud sal in altera gazola, & superpone de aqua feruentissima, secundū quod tibi uisum fuerit, & misce cum quodā ligno, & sal fundetur & uertetur in aquam nigram, quam quiescere dimitte, & post illam extrahe & mitte passim euertendo, donec tota euersa fuerit, & calx remanebit inferius. Iterum supermitte de aqua feruentissima, & fac sicut prius. & iterum mitte sibi de supra dicta aqua, donec exeat à calce clarissima, sicut missa fuit, & tunc pone calcem ad desiccandum ad solem, & habebis ipsum perfectissime redactum in puluerem subtilissimum ad usum artistæ cuiusuis. Item filii cætera metalla habent diuersum modum calcinationis, de uenere fit calcinatio sicut fit æs ustū. Saturnus & Iuppiter calcinantur cum sale communi præparato agitando in alboth cum ligno & mittendo sal modicum, & post hoc abluatur, sicut dictum est cū aqua feruentissima, & postea pone ad desiccandum & factum est.

¶ Canon 7. in quo continetur scientia ad extrahendum quintam essentiam rerum omnium, ad applicandum illas corporibus humanis secundum quod opportunum fuerit.

Deus cœli talem contulit uirtutem generaliter quintæ essentiæ, ut extrahas illā ab omni ligno, fructu, flore, radice, folijs, lapide & metallo, carne, semine & specie, quæ Deus cōditor naturæ creauit, cuius quippe secreti magisteriū tale est. Postquē filii uini quintam essentiam habueris à fecibus separatam, cum propria noueris posse extrahi omnis rei quintam essentiam infra tres horas, ut euitetur tantus labor, atque tædiū tibi fili dilecte. Capias igitur in Dei nomine quamcūque rem, à qua uolueris quintam essentiam separare, & mitte illā
in

in

in nostram quintam essentiam uini, & pone ad fortem solem in uere, uel pone illam cum uase ad ignem leuem, & infra tres horas habebis quintam essentiam rei mixtam cum quinta essentia, quæ conuertetur in talem naturam, sicut res quæ sibi mittitur. Igitur si sit calida, si frigida, si humida, si sicca, si laxatiua si stiptica, uel cuiusuis alterius conditionis & odoris fuerit, talis naturæ sit, quia ut supra tibi reuelauimus appetitum habet ad hanc complexionem, uel ad illam talē. Igitur quintam essentiam filii habebis sicut res quam tibi intromiseris talis odoris, saporis, complexionis, uirtutis, operationis, &c. & ideo filii maxima cautela est hæc in operatione medicinæ, ut cum una & eadem medicina scias diuersas operationes facere, ad quam forsitan non peruenit operator duræ ceruicis, &c. Et sic filii cum cælo nostro à stellis suis quas supra nominauimus, fiet per naturam quod reputabitur ad miraculum.

¶ Canon 8. Qui docet, quæ sunt res calidæ in primo gradu simpliciter, ut talis naturæ reddatur quinta essentia nostra ad applicandū ad humana corpora.

H Actenus filii uerum plantarum secretū tibi pandemus, .s. in earum complexione, & primo de calidis simpliciter in primo gradu, unde filii medicinæ calidæ simpliciter in primo gradu sunt istæ .s.

Absynthium	Flores nasturcij
Semen coriandri	Amigdalæ dulces
Borago	Auellanæ siccæ
Altea	Capparis
Atriplex	Folia Caryophillo:
Eupatorium	Cardamomum
Cancilla, id est Rapa	Licium
	g iij Sticados

RAIMVNDI LVLLII

Sticados arabi.	Styrax liquida
Tribulus marinus	Pulli columborum
Radix peoniae	Semen althaeae
Radix aristolochiae rotundae	Semen trifolij
Castanea	Sandaracha, id est uernix
Spica celtica	Triticum
Camomilla	Panicum
Nuces	Sarcocolla
Semen caulis	Iarus.
Mora matura	Moschus
Iuiube	Vitrum
Ficus siccae	Caro camelina
Cassutha	Vitulina
Spica nardi	Gallarum
Folia lauri	Anserum nouarum
Amomum	Phasianorum
Crocus	

De istis quippe fili operare secundum exigentiam, & talis
complexionis uirtutis reddetur tibi quinta essentia nostra.

¶ Canon 9. De calidis in secundo gradu.

Si propter infirmitatem prouenientem halitus in tanto gra-
du frigiditatis quod medicinas in primo gradu calidas
operari non potest, applicet sibi medicinas in secundo gradu
calidas, quae sunt haec, quae sequuntur, ut docet canon.

Polium	Ancilla, id est rapa
Prassium	Bulbi
Centaurea minor	Carui
Catapucia	Tamariscus
Si	Amygdala amara
Reubarbarum	Dactyli

Lignum aloë	Mel nouum
Vuæ amaræ	Semen aneti
Citri semen	Rusti
Fœniculi	Apij
Asparagi	Petroselij
eorumq; radices	Semen peoniæ
Radix marathrum	Xilobalsamus
Daucus	Cortex citri
Semen urticæ	Folia citri
Fænugræcum	Nux muscata
Semen pastinacæ	Phaseoli
Semen raphani	Laccæ
Fistici	Vrina
Bdelium	Ambra
Flores croci hortulani	Vua matura

Aperies ergo oculos tuos filii, & uideas quibus rebus ex his indigebis ad magis calefaciendum ex eo, quo modo non sufficientes fuerint tibi medicinæ, primo siue in primo gradu, & non utaris medicinis, nisi prius scias in quo gradu sunt medicinæ simpliciter constitutæ, quia aliter nescies quid componis, uel quid das infirmis.

¶ Canon 10. Qui docet, quæ res sunt calidæ in tertio gradu ad affigendum eas in nostra quinta essentia ad habendum quintam essentiam calidam in tertio gradu.

F Illi in quo casu infirmitas nimix frigiditatis uiget, indiges habere medicinas in tertio gradu calidas mixtas cum cælo nostro, & nostra quinta essentia eiusdem complexio- nis reddatur, & sunt hæc.

Seseli	Apij folia	Pix græca	Thymus
--------	------------	-----------	--------

Thymus	Enula	Sagapenen
Cyperus	Polypodium	Opopanarū
Chamædrijs	Cassialigna	Iris
Chamæpitijs	Galanga	Dictamus
Hyssopus	Piper longum	Hermodactylus
Samsucus	Siratus	Serpentaria
Sambucus	Ammi	Zedoaria
Assarum	Se: Ozimi	Doronici
Mentastrum	Nigella	Zinziber
Calamentum	Siler montanum	Caryophylli
Pullegium	Cinnamomum	Assa fetida
Origanum	Costum	Ammoniacum
Rutha domestica	Folia oliuarum	Galbanum
Schoenoantho	Nux indica	Mumia
Porrum	Lupulus	Castoreum
Centaurea mai.	Saxifragia	Gentiana. Pix liquida

Cum ergo uolueris applicare res calidas in tertio gradu propter nimiam frigiditatem superabundantem, applica celo nostro, & talis uirtutis efficitur.

Canon 11. Qui docebit te, quæ res sunt calidæ in quarto gradu, ut affigas illas nostræ quintæ essentiæ, & cum opportunum fuerit, reuelabo tibi, quæ sunt medicinæ simpliciter in quarto gradu caliditatis, & sunt hæc quæ sequuntur, uidelicet.

Ruta syluestris	Nitrum	Piper nigrum
Pirethrum	Petroleum	Vitrum adustum
Anacardis	Semen sinapis	Oleandrum
Sulphur	Euphorbium	Carduus uisci
Sal armoniacum	Scamonea	Napellus
		Flos

Flos fabæ	Glychyrrisa	Lingua auis
Flos lupini	Amygdalæ dulces	Gummi arabicum
Semen pastinacæ	Primula ueris	Coturnices
Lignum pastinacæ	Canna zucchari	Pisces recentes

¶ Canon 13. In quo continetur scientia rerum humidarum in secundo gradu simpliciter, ut quā infuerint tantæ siccitatis, quod tibi sufficientes non fuerint res humidæ in primo gradu, applices illas, quæ in secundo gradu humidæ fuerint, ut tale reddatur cœlum nostrum.

Congruum est fili ut tibi reuelemus, quæ sunt humidæ res in secundo gradu simpliciter, ut talē reddas nostrā quintā essentiam, cum necessarium fuerit, & sunt istæ quæ sequuntur.

Semen maluæ	Chrysomela	Endiuia
Semen lactucæ	Perfica, Asparagi	Lactuca agrestis
Zicion	Lactuca	Cicorea
Flos Nymphæ	Malua	Aloes epaticus

Ex his igitur fili applica quintæ essentiæ nostræ cum medicinæ humidæ in primo gradu non fuerint sufficientes ad eradicandum siccitatem peccantem.

¶ Canō 14. Qui docet, quæ sunt res humidæ in tertio gradu, ut cum necesse fuerit habeas earum cognitionem ad illas applicandum cœlo nostro, ut habeas cœlum nostrum humidum in tertio gradu.

¶ Illi mi cum uideris, quod siccitas tanta est, quæ per medicinas humidas in gradu secundo extingui non potest, applica medicinas humidas in tertio gradu cœlo nostro, quæ sunt hæc quæ sequuntur.

h Semen

R A I M V N D I L V L L I I

Semen gal.	Flores uiolæ uiridis
Poma uiridia	Satyriones
Phylocaparon, Eruca	Aquitua alij, Aquilegia.
Radix pastinacæ	Castoreum, alij non habent.
Flores uiolæ cœlestis	Semen lini
Flores papaueris	Fructus papaueris albi.

Hæ sunt res humidæ in tertio gradu simpliciter, has affige in cœlo nostro ut uiguerit necessitas.

¶ Canon 15. qui docet quæ sunt res humidæ in quarto gradu, ut affigas illas in cœlo nostro ad applicandum illas corporibus densis propter nimiam siccitatem.

Ratio naturæ est fili, ut reuelem tibi, quæ sunt medicinæ humidæ in quarto gradu, ut affigas illas in cœlo nostro, ut influat in nobis humiditatem quàm plurimã, cum necesse fuerit, & res humidæ in quarto gradu simplicitatis sunt istæ, quæ sequuntur.

Aurelia	Lactaria	Cerebrum columbi
Argētum uiuum	Scinci	Gamelion
Mercurialis	Cerebrum gummici	

Hæ igitur medicinæ reddent cœlum nostrum humidum in quarto gradu, quas applica secundum exigentiam & uires patientis. ¶ Dicto uero de medicinis humidis quæ complexionem habent humidam scilicet aeream, nunc restat ut dicamus de habentibus proprietatem aquæ, ex eo quia post aerem sphaera aquæ per primã causam situata est, procedendo secundum ordinationem quattuor graduum, sicut in alijs. &c.

¶ Canon 16. in quo continetur scientia rerum frigidarum, & primo de frigidis in primo gradu.

Hoc est ut nostra quinta essentia redigatur frigida in primo gradu, reuelabimus tibi medicinas dictam habentes

tes

tes complexionem, quæ sunt hæ, quæ sequuntur.

Grana salicis	Herba acetosa	Pruna
Tamarindi	Fabæ uirentes	Flos rosæ uiridis
Hordeum mundum	Pira bene matura	Arthasia

Has medicinas applicabis cælo nostro, ut reddatur frigidum in primo gradu, ut scias ipsas cælo nostro applicare, cum necesse fuerit ut influat super nos frigiditatem primi gradus. ¶ Fili, si tibi propter nimium calorem non sufficerent medicinae frigidae in primo gradu, applica cælo nostro res frigidas in secundo gradu, postea facias applicationem secundum quod tibi uidebitur, & medicinae sunt istæ, uidelicet.

Berberis	Pentaphylon	Malagranata dulcia
Litargirium	Arnoglossa	Mora immatura
Folia salicis	Chrysolachanon	

¶ Canon 17. qui docet quæ sunt res frigidae in tertio gradu, ut quando non sufficientes fuerint medicinae frigidae in primo & secundo gradu, quod applices illas, quæ sunt in tertio gradu, ut scias remedium adhibere caliditati dominantis.

H Actenus fili reuelabimus tibi, quæ sunt medicinae frigidae in tertio gradu, ut quando infirmitas fuerit tantæ siccitatis, quod illi non sufficiant medicinae primi & secundi recurras ad ista, quæ sunt tertij gradus, & sic remedium adhibeas, & sunt quæ sequuntur scilicet.

Virgapaistoris	Melones	Pfilium
Omnes sandali	Citrulli	Paritaria
Hypocistis	Cucumeres	Vua milana
Portulaca	Sorbe	Spodium
Semen eius	Plantago semen eius	Poma,
		h ij Medicina

RAIMUNDI LULLII

Medicinas istas applica celo nostro, & habebis ipsum fridū in tertio gradu, & utere illo dum fuerit oportunum.

¶ Canon 18. Qui docet, quæ sunt res frigidae in quarto, & utaris illis dum fuerit necesse.

Fili mi certum sit tibi, quod multorum fuit opinio, quod nulla res erat in quarto gradu frigiditatis constituta per naturam, contra quos istam facimus rationē. ¶ Omne elementum, uel quaecumque alia res appetit esse in maiori perfectione, quam sua natura capere potest cuius ratione elementū quodlibet in elementatis appetit quartum punctum simplicē, ut suum contrarium reprimat, uel saltem ei adæquetur per resistantiam, ut esse suū non priuetur ab indiuiduis. Si igitur aqua per naturam non inuenitur in indiuiduis in quarto gradu, sicut in primo, secundo, & tertio, aqua non appeteret maiorem perfectionem simplicitatis, quam in indiuiduis habere potest, & sic similitudo suæ simplicitatis in maiori gradu multiplicata esset ei per naturam odibilis, & suum contrarium esset illi amabile, quod est impossibile. ¶ Præterea nullus morbus calidus in quarto gradu esset curabilis, quod est inconueniens & contra finē medicinæ. ¶ Item esset ipsa aqua destructa contra, & ideo regula, quia non transmutent extra se similitudinem suam per modū suæ perfectionis & suarum partium & cum similitudinibus dictarum partium operatur in indiuiduis. Ratio huius est, quia talem defectum natura bonitatis & uirtutis &c. nō consentiret, cum ista naturaliter appetant multiplicari in maiori perfectione entibus realibus quam esse potest secundum suam naturam, quorum contrarium ageret aqua, si non esset reperta in quarto gradu in rebus naturalibus, quod est impossibile. ¶ Fili mi multa
alia

alia inconuenientia sequi possent ex eorum opinione, sed illa dimitimus causa breuitatis, unde res frigida in quarto gradu sunt istae quae sequuntur.

Opium	Hyosciamum	Cicuta
Mandragora	Semen eius	Semen eius
Camphora	Semperuua	Ebenus
Semen papaueris	Aqua eius	Salamandra
	Mucilago psyllij	Barbassus

Has quippe res applica coelo nostro, & habebis ipsum frigidissimum. ¶ Diximus de medicinis frigidis secundum ordinem quatuor graduum. Et quia post omnium elementorum sphaeras sphaera terrae situata est ultimo, ideo de rebus siccis ultimo dicendum est.

¶ Canon 19. Qui docet quae sunt res siccæ in primo gradu.

Ordine praemisso fili tibi rerum siccarum reuelemus ut affigas nostro coelo, & primo de siccis in primo gradu simpliciter, & sunt istae scilicet.

Spuma maris	Argilla	Caro caprina
Caules	Caro bouina	Turtures antiquae
Fabae siccæ	Caro ceruina	Columbi antiqui
Amylum	Caro camelorum	Caro omnium auis
Thucia	Caro leporis	qui habitant in aquis

Affige ergo fili has medicinas coelo nostro, & habebis ipsum siccum in primo gradu, ut utaris illo, cum oportunum fuerit. &c.

¶ Canon 20. Qui te docebit, quae sunt res siccæ in secundo gradu, ut cum tibi fuerit necesse applices illas nostro coelo, ut influat in nobis siccitatem in secundo gradu.

h iij Fili

RAIMUNDI LULLII

Flli quando infirmitas tam humida fuerit, quod tibi non sufficiant res in primo gradu sicca, addes istas coelo nostro quae sunt in secundo gradu sicca, scilicet.

Risum	Cortex thuris	Thipus, alij nō habēt
Balauſtiæ	Cortex orni	Lapis lazuli
Testa malignanat.	Xylobalsamus	Lapis armenus
Vberi ro, sicca	Flos rosæ, sic.	Mespilæ maturæ

Has quippe res affige in coelo nostro ad magis desiccandum.

¶ Canon 21. qui docet, quae sunt res sicca in tertio gradu, ut scias illas applicare coelo nostro, ut fiat illius complexionis, & sic, applices ipsum in corporibus humanis, cum tibi uidebitur.

Flli cum tibi uidebitur, quod infirmitas tanta est multiplicata in humiditate, quod tibi non sufficiant medicinae sicca in primo & secundo gradu, applicabis istas, quae sunt sicca in tertio gradu, quae sequuntur.

Mastichæ	Acetum cōmune	Bolus armenus
Charabe	Succus maluæ	Iuniperus
Olibanum	Pira syluestria	Fructus iuniperi
Myrrha	Ga.	Fructus sauinae
Cinnabar	Scoria ferri	Galle
Asphaltum	Ferrugo ferri	Flos sambuci
Sanguis dra.	Pulmo uulpis	Flos Ebuli ebulus

Has affige in coelo nostro & fiet siccum in tertio gradu.

¶ Canon 22. qui docet, quae sunt res sicca in quarto gradu ut istas applices coelo nostro, & fiet siccū in quarto gradu.

Arsenicum album	Capitellum	Glandes uirides
		Arsenicum

Arsenicum rubeū	Omnes mirobalani	Puluis Asphodeli
Azarnech	Cortex ilicis	Alumen rochæ
Azarchon	Coagulum	Alumen plumæ
Aes	Thucia	Folia daruich
Flos æris	Sal præparatum	Cortex uberi

Diximus de aliquibus medicinis & earum simplici comple-
xione secundum dispositionem quattuor graduum simpli-
citer, ut artista per istas, quæ hic ponuntur alias inuesti-
gare sciat secundum complexionem, saporem, odorem, pon-
derositatem & leuitatē ad faciendum diuersos effectus in cor-
pore nostro. Nunc congruum est ut dicamus in generali de
qualitatibus appropriatis, ut artista cognoscat, quæ sunt sim-
plices qualitates & propriæ, & quæ appropriatæ, & quæ quali-
tates sunt graditæ in rebus naturalibus, ut cognoscatur unius
medicinæ compositæ finis ex multis in diuersis medicinis cōpo-
sitis. Et ut sciatur quid homo dare debet, uel auferre infirmis.

¶ Canon 23. in quo continetur præfata
doctrina.

Valde fili mi meditamus, ut reuelemus qualitates rerum
proprias & proprietates, scilicet in quo gradu existere
possunt secundum naturam, ut destruantur multorum opini-
ones, qui duas qualitates in una & eadem re dixerunt in eodē
gradu existere, sicut in pipere, quod dixerunt calidum & sic-
cum in quarto gradu, & castoreum, quod dixerunt calidum
& siccum in quarto gradu. Contra quos fili talem fundamus
rationem. Quattuor massæ principales, quæ sunt quattuor
elementa sphaeras proprias habent, ubi natura cuiuslibet ma-
tior est quàm in aliorum sphaeris, quamuis fili quodlibet elemē-
tum sit in alterius sphaera, scilicet unū per sphaeras omnium &
omnia

omnia

RAIMVNDI LVLLII

omnia per sphæram unius. Hoc autē filii natura orbis fabricat, ut ex mixtione eorum oriantur indiuidua sphærarum, in quibus elementa actualiter existant, ut supra probauimus, quæ esse non ualere si mixta uicissim non essent, quoniam filii, si mixtio uniuersalis orbis deficeret elementis, deficeretq; mixtio specialis, atq; indiuidualis, quoniam deficiente generali uenit particulare in suis corruptionem. Deniq; quod libet elementum, ex eo quod iuxta sui naturam in propria sphæra sua cōplexio maior est, ut caliditas, quæ maior est in sphæra sua ignis quàm siccitas nec aliqua aliarum complexio num, & sic de alijs.

¶ Item filii quodlibet dictorum elementorum habet proprium subiectum in indiuiduis specierum, in qua sua caliditas maior est quàm qualitates aliorum elementorum, sicut filii in pipere, in quo magis uiget proprietas ignis quàm in croco, & in aloe, in quo magis est de complexione aeris quàm in mirobalanis, & sic de alijs rebus similibus istis, unde facio istā rationem. Omnem effectum consequi oportet naturam suæ causæ, si igitur ignis, qui est causa omnium rerum calefactibilium maiorē sui proprietatē habet in sphæra sui, & sua proprietas ibi magis reperitur quàm proprietas aliorum, sicut in rebus calefactibilibus de complexione ignis, oportet quod maior sit caliditas quàm humiditas, ut appareat concordantia in differentia existens inter causam & suum effectum, & ut appareat differentia inter rem calidæ complexionis & rem humidam, uel siccam. &c. Quia si una res haberet in se duas complexionones æquales, sicut in pipere caliditas & siccitas, si essent in eodem gradu, esset piper æqualiter siccum, sicut calidum, & sic est possibile habere has duas complexionones æquales contra frigiditatem, & sic possibile esset quod frigiditas & humiditas essent æquales contra caliditatem & siccitatem, quod

quod est impossibile, quia sic nō inueniretur aliquod speciale indiuiduū, in quo qualitas unius elementi esset prædominans, ut denominationem caperet ab illo, sicut piper, quod denominationem accipit ab igne, quia calidum. Aloes quod denominationem accipit ab aere, quia humidum. Mandragora ab aqua, quia frigida. Mirobalanus à terra, quia siccus. Hoc autem est impossibile, quia sequeretur irregularitas in indiuiduis naturalibus, ex eo quod non haberet magis instinctum ad qualitatem unam quam ad aliam. ¶ Ex quo fili notare potes, quod sicut quodlibet elementum dominationem propriam secundū suam naturam habet in sua propria sphaera, in qua alterum non habet ita magnam dominationē, sicut habent propria indiuidua substantialia, in quibus magis qualitas unius elementi prædominatur alteris. Exemplum, natura ignis est calidus proprie, siccus à proprietate. Nam caliditas maior est in igne quam siccitas, quoniam proprietas maior est in qualibet re quam appropriata. Sic enim fili est in indiuiduis, quæ oportet habere unam propriam qualitatem aliam appropriatam, ex eo quod effectus suæ causæ correspondere debet. ¶ Hoc probatur fili mi per regulas duodecim, quia si ignis qui est causa alicuius calefactibilis, est calidus & siccus, ignis in illo calefactibili nō potest transmittere extra se similitudinem suam, nisi cum suo calore & siccitate, & per modum naturæ caloris, & siccitatis, & iterum aliarum complexionū. Sic igitur in indiuiduo per ignem causantē oportet maiorem esse caliditatem quam siccitatem, & sic siccitas depressior. Et sicut diximus de igne, ita intellige de alijs qualitatibus elementorum, sicut ignis in sua sphaera propria est forma, ut alia elementa sunt materia, quia calefacta sit sua propria qualitas in indiuiduis naturalibus existens est forma extensa, & diffusa super omnes alias elementorum, & qualitates, quæ sunt igni. ¶ Ex quo fili multum bene concluditur ipsam qualitatem

i ignis

R A I M V N D I L V L L I I

ignis in subiecto ignis maiorem esse quam alteram qualitatem,
 & sic talis qualitas in simili subiecto est rex, qualitas uero quæ
 magis concordat militem dicimus, ultima uero qualitas quæ
 primæ contrariatur, est sclaua. ¶ Exemplum fili tibi dabi-
 mus, ut facilius possis intelligere mouendo teipsū ad obiectan-
 dum. Nam piper est calidū proprie, siccum à proprietate, ca-
 liditatem uero maiorem oportet esse in illo quam siccitatem,
 nec humiditatem, nec frigiditatem. ¶ Est ergo in pipere ca-
 liditas rex, nunc uero quia siccitas magis cum igne concordat
 quam altera aliarum, est siccitas in igne, uel pipere regina.
 Et quia post siccitatem humiditas cum caliditate concordat
 humiditas in pipere est miles. Et quia frigiditas caliditati con-
 trariatur est aqua seu frigiditas in pipere sclaua, & ideo ulti-
 mo siccitas est in subiecto igneo. Fili secundum conditionem
 maioritatis & minoritatis situati sunt gradus in rebus natura-
 libus, sicut fili piper habet quemcunq; gradum caliditatis, ista
 caliditas est in illo maior, ut supra probauimus, ergo alia mi-
 nores illa propria, & sic sequitur distinctio æqualitatis indiui-
 duorum, quam aliqui asserunt esse impossibilem. ¶ Nunc fili
 quia regina magis cum rege concordat q̄ miles nec sclaua, re-
 ginam oportet esse maiorem in regia domo q̄ miles, nec sclaua.
 Et ideo quia regem regina sequitur, & non est tanta sicut
 rex, illa minor est & uno gradu inferior q̄ rex, & cognomina-
 tur tertia. Et sic siccitas in pipere est in tertio gradu. Et quia
 post reginam miles maior est in domo regis, illa minoritas di-
 citur alius gradu inferior. Inferius quidem dicitur secundus,
 & sic in pipere est humiditas in secundo gradu. Item quia post
 militem sclaua minor est in domo regis q̄ nullus alius, illa mi-
 noritas alter gradu inferior isto dicitur qui nominatur & pri-
 mus. Et sic fili concluditur, quod piper est calidum in quarto
 gradu, siccum in tertio, humidū in secundo, frigidū in primo.

Et

Et sic fili concluditur, quod piper est calidum in quarto gradu, siccum in tertio, humidū in secundo, frigidū in primo.

Et sicut diximus fili de pipere, quod habet complexionem igneam, sic potes dicere de alijs rebus & qualitatibus respiciendo maioritatem concordantiae. Praeterea fili scias, quod non omnis res naturalis habet quatuor gradus in se integre, sed ex illis habet degradate. Et ad melius intelligendum formamus puncta quatuor in quocunq; gradu cuiuslibet qualitatis, quae quidem puncta sunt tanq; medium, per quod mouetur intellectus ad intelligendum res quantum habent de una compositione uel de alia. Fili ualde est confusa doctrina de gradibus, adeo quod non est scientia in mundo, quae tam parum sciatur, sed hic in summa breui breuiter tractabimus. Et primo dicimus, quod res quae sit calida in quarto gradu omnes alios gradus habet integros, & sic de humidis, frigidis &c. Sed res quae sit in tertio gradu calida, est in secundo sicca, & in primo humida, & in duobus punctis frigida. Res quae est in 3. gradu humida est frigida in secundo, calida in primo, sicca in duobus punctis primi gradus, & sic de alijs. Item res quae in secundo gradu est calida, est in primo sicca, & in tribus punctis alterius gradus humida, cum duobus punctis frigida. Item res quae est in primo gradu calida, est in tribus punctis alterius gradus humida, & uno puncto uniuersaliter frigida. Et sicut posuimus exemplum de calidis, ita potes de humidis dicere, & etiam de alijs.

¶ Item fili multae & diuersae opiniones fuerunt in hac intentione super calidum in primo, & calidum in secundo, & calidum in tertio, quia fili mi in uno indiuiduo est caliditas in tertio gradu, & altera in eodem, sed differunt secundum actionem & passionem, quando in uno indiuiduo est forma regina, regina uero sub rege patitur, rex uero in quocunq; indiuiduo est forma, regina uero miles & sclaua sunt materia. Non est ergo aequalis actio unius qualitatis existentis in diuersis indiuiduis ratione supradicta. Et de hoc intellige secundum applicatio-

i ij nem

nem simplicem & singularem uniuscuiusq; , non autem secundum multarum aliarum medicinarum congregatarum ad unum finem. Et de hoc dabimus tibi exemplum. ¶ Squilla uero uel thucia quæ est calida in tertio gradu, & agnus castus calidus in tertio, si quodlibet eorum applicetur ad nostrum corpus, maiorem caliditatem influit in nobis agnus castus quam thucia. Ratio huius est, quia caliditas in agno casto est rex, in thucia uero regina. Et quia rex maioris potestatis est quam regina, igitur &c. Item quia caliditas in thucia est terrificata, & stat secundum passionem, in agno casto secundum actionem, & quia maioris naturæ est res agens quam patiens, igitur &c. Item quia in thucia caliditas habet duos punctus frigiditatis sibi contrariantes, in agno casto uero solummodo habet duos puncta unius gradus contraria. Item quia caliditas existens in thucia desiccatur ultimo modo, quia inseparabilis à natura illius & siccitate formata. In agno casto uero calefacit plus quam desiccatur, quia ibi caliditas rex est, & à nullo formata est, sed siccitas in illo est ignificata, & post per naturam caloris calefacit, & postea desiccatur, quia in quacunque re naturali prius in seipsa oportet esse actum proprium & coessentialem illius quam appropriatus, & etiam caliditates submissæ in aliquo indiuiduo formata aliqua natura prius sunt in corpore nostro agendo secundum naturam formæ quam formatæ existant per suam, sicut caliditas ignis, quæ ignificat terram. Terra uero existens in igne prius calefacit, secundo desiccatur, hoc uero fit, quia natura ignis, cui submittitur siccitas, mouet siccitatem secundum naturam suæ ignificationis ignificabilantis & ignificatæ. ¶ Ecce ergo fili quæ differentia est inter calidum in tertio gradu, & calidum in tertio, & sic de humido & frigido & sicco. Non autem est sic fili in compositione multarum medicinarum ad unum finem, quia qualitas qualitatem iuuat, gradus
dus

dus gradum, punctus punctum. Exemplum, quædam medici-
 na cõponitur ex aloe, pipere longo, rosis siccis, mastice, gario-
 philo, succo fœniculi, & scamonea. Nunc uero graduamus ta-
 lem medicinam. Aloes est humidum in secundo gradu, frigi-
 dum in primo, calidum in duobus punctis gradus, & siccum
 in uno puncto unius gradus. Piper longum est calidum in ter-
 tio, siccum in secundo gradu, humidum in primo, frigidum in
 duobus punctis unius gradus. Rosæ uero sicca sunt sicca in se-
 cundo, calidæ in primo, frigida in duobus punctis, humida in
 uno puncto. Mastix est siccus in tertio, calidus in secundo, fris-
 gidus in primo, humidus in duobus punctis. Gariophili uero
 sunt calidi in tertio gradu, sicci in secundo, humidi in primo, fris-
 gidi in duobus punctis gradus. Succus fœniculi est calidus in
 primo, siccus in tribus punctis, humidus in duobus, frigidus
 in uno puncto. Item scamonea est calida in quarto gradu, sic-
 ca in tertia, humida in secundo, frigida in primo. Nunc ergo
 uideamus quot gradus & quot puncta habeamus de una quali-
 tate, & quot de alia, & sic iungamus gradus & puncta usq; quo
 ex omnibus istis habeamus unum gradum simplicem, cuius
 naturæ debeamus medicinam. ¶ Prius uero uideamus de cali-
 dis qualitatibus, & omnes gradus diuidamus per puncta,
 post iungamus puncta de quatuor in quatuor & faciam gra-
 dus. Nam in aloe sunt duo puncta caliditatis, in pipere longo
 duodecim puncta, in mastice uero habemus octo puncta, in
 gariofilis duodecim puncta, in fœniculo uero habemus qua-
 tuor puncta, in scamonea sexdecim puncta. Sic filii in ista me-
 dicina sunt 58. puncta calida. ¶ Item in aloe habemus qua-
 tuor puncta frigiditatis, in pipere longo duo puncta, in rosis
 alia duo, in mastice quatuor puncta, in gariophilis duo pun-
 cta, in succo fœni. unū punctū, in scamonea quatuor puncta,
 unde habemus in hac medicina 12. puncta frigiditatis. Item in

i in aloe

aloe habemus octo puncta humiditatis, in pipere quatuor puncta, in rosis unum punctum, in gariophilis quatuor puncta. Item in foeniculo habemus duo puncta, in mastice duo puncta, in scamonea octo puncta. Et sic habemus in hac medicina uiginti nouem puncta humiditatis. Item in aloe habemus unum punctum siccitatis, in pipere longo habemus octo puncta, in gariophilis alia octo, in mastice duodecim puncta, in rosis quatuor puncta, in foeniculo tria puncta, in scamonea duodecim puncta, & sic habemus in hac medicina 48. puncta siccitatis. Nunc uero iungamus omnia puncta, & primo puncta caliditatis, quae sunt 58. & frigiditatis 19. puncta, item de humiditate 29. puncta, item de siccitate habemus 40. puncta, nunc demus unum punctum contrarium alteri contrario, & postea puncta duarum qualitatum, quae necesse habent esse concordantes, quae super erunt illis dabimus medicinam. Nunc si 19. punctis frigiditatis demus alteri 19. puncta caliditatis, & sic de quinquaginta octo punctis caliditatis restant 39. puncta. ¶ Item de humiditate habemus 29. puncta, nunc istis 29. punctis demus alia 29. siccitatis, & de quadraginta octo punctis trahendo 29. remanent 19. puncta. Nunc igitur de caliditate habemus triginta nouem puncta caliditatis, & decem & nouem puncta siccitatis, nunc ergo à trigintanouem trahendo decem & nouem humiditatis, quae alijs punctis damus, manent uiginti puncta. ¶ Ex istis igitur faciamus gradus, scilicet, ex istis 14. punctis nam uni gradui dando quatuor puncta sunt tres gradus & duo puncta, & sic medicina est in quarto gradu calida, non in summitate quarti gradus, sed in medio quarti gradus, uel in duobus punctis quarti gradus. Ex quo si patet, quod multae sunt compositae medicinae, quae ultimum quarti, tertii, secundi, primi gradus non habent, quia mittunt unum punctum uel duo puncta in compositione propter genera

genera

generationem & corruptionem ad ultimum finem ex omnibus resolutum in medicina composita. Ex quo patet ista quæ supra dixi, scilicet quod ex una qualitate depressa multiplicata cum altera agente resoluta quædam qualitas ultimata in medicina, quæ est forma, ex eo quia una qualitas aliam iuuat similem sibi. Ex quo fili est tibi reuelatum, quod una qualitas, quæ secundum simplicitatem indiuidui, hoc est medicinæ simplicis, est patiens secundum compositionem est agens, & e contrario multum est tibi fili ista doctrina necessaria in medicinis in quibuscunq; artis medicinalis utentibus ad componendum medicinas quascunq;, & ad sciendum ultimum gradum resultatam ex pluribus gradibus, & certificetur quantum potest calefacere, quantum potest desiccare, quantum potest humectare, quantum potest infrigidare. Quod uero fili sciri non potest propter confusionem graduationis medicinarum simplicium aliorum auctorum qualitatem appropriatam æqualem proprie faciebant qualitati propriæ quod est impossibile, & contra cursum naturæ. Nam regem maiorem oportet esse in regno suo omnibus alijs, quia si aliter esset non esset rex; & esset destructa simplicitas rerum & dominatio, & proprietas propria & actio & passio. ¶ Fili ualde prolixa est hæc doctrina; sed sumus de intentione plus de hac materia in præsentibus non tractare: quoniam in pluribus locis plene tractauimus de hac doctrina, ad quæ te remittimus: ut est liber principiorum medicinæ: qui dicitur ars medicinæ, liber qui dicitur de ponderositate & leuitate elementorum. Item liber de regionibus sanitatis. Item liber qui dicitur doctrina de gradibus in quibus ista scientia est satis diffusa, quia per ista quæ hic diximus satis poteris de hac doctrina comprehendere. Quæstio. Pater cur hic non posuistis omnes medicinas, quæ conueniunt & earum gradus, ut ex eis possint medicinæ compositæ fieri secundum

dum

dum traditam doctrinam. Solutio. Fili mi, ut euitetur prolixitas, quoniam sumus de intentione hunc librum compendiosum facere, non autem prolixum. Quomodo ergo pater cognoscam gradus aliarum medicinarum hic non explicatarum? Solutio. Fili ut recurras ad antedictaria philosophorum & secundum propriam qualitatem medicinis impositam in gradu sic de alijs appropriatis iudicabis, ut supra tibi diximus, scilicet si philosophus dicit esse calidam & siccam in tali gradu, scilicet quarto a qualitate, quae prius denominatur, incipies dando medicinae illam proprietatem, quia filii philosophi illam inueniunt proprius esse in operatione, & postea de alijs qualitatibus iudicabis per doctrinam tibi traditam superius secundum maioritatem uel minoritatem concordantiae ad propriam qualitatem, quoniam filii qualitas propriae qualitati alicuius rei magis concordans est ab ipsa magis diligibilis, & ideo circa seipsam ponit, ut adiuuet seipsam contra actionem sui contrarii. Exemplum in pipere. Caliditas est propria qualitas, & est in quarto gradu, oportet etiam quod piper sit compositum ex alijs qualitatibus sicut ex siccitate. Nunc quia caliditas est rex, consurgit circa se illa qualitas, quae magis secum concordat, quae est siccitas. Ista qualitas filii non est aequalis caliditati, cum sit regina, sed est inferius per unum gradum. Et quia filii post siccitatem humiditas magis concordat cum caliditate, ideo humiditas in pipere non est aequalis siccitati, & quia non est aequalis, est minor siccitate per distantiam alterius gradus. Item quia frigiditas est contraria caliditati, posita est in pipere infra humiditatem. Ex quo filii multum euidenter patet, quod res quae calida est in quarto gradu est sicca in tertio, humida in secundo, frigida in primo. Haec sit tibi regula generalis ad iudicandum de alijs qualitatibus ponendo in medio figuram. C. secundum quam potes iudicare de complexione & gradibus medicinarum

narum

narum simplicium & compositarum. ¶ Quæstio. Pater cur quædam medicinæ quarti gradus sunt mortiferæ, & quædam non? ¶ Solutio. Fili. Quoniam quædam sunt calidæ, humidæ, sicca, frigida in ultimo puncto quarti gradus, quædam in tertio, quædam in secundo, uel in primo, unde fili facies talem regulam generalem. ¶ Omnis medicina quæ est in quarto puncto quarti gradus calida, humida, frigida, sicca, mortifera est. Exemplum de calidis, ut napellus, cardus, uisci, squilla, sola, & oleandrum cum occiduntur cerui. De humidis ut argentum uiuum. Item de frigidis ut cicuta & cerebrum capiti. De siccis uero ut arsenicum album, uel rubeum, azarneh, æs ustum, uiride æs, gipsus &c. Vnde fili quantū declinant à quarto puncto, tanto minus sunt mortiferæ ut squilla, quæ cum miscetur cum multitudine aliarum non est mortalis sicut sola, & solatrum quod non est tam nociuum sicut arsenicum, & iusquianus qui non est tam nociuus sicut cicuta, & mercurialis, uel litaria, quæ non sunt tam nociuæ sicut argentum, & sic de alijs rebus similibus istis. ¶ Quæstio. Pater. Quare magis interficiunt res existentes in ultimo puncto quarti gradus calidæ, humidæ &c. quàm res quæ existunt in ultimo puncto aliorum graduum? ¶ Solutio. Fili. Quia plus in eis retinetur de simplicitate essentiæ componentis, quæ simplicitas est in subtili materia naturata plus quàm in alijs gradibus, iuxta hoc sufficit tibi exemplum, quod superius diximus de basilisco & fulgure. Et ut facilius intelligas medicina rum gradus, hic uero tibi octo figuras faciemus, per quas poteris mouere intellectum tanquam medium directiuum ad intelligendum hoc, quod de gradibus superius fecimus. In primis enim quatuor figuris continetur scientia quatuor medicina rum simplicium in ultimo puncto quarti gradus existentium, & in alijs quatuor illarum rerum, quæ sunt in quarto gradu, scilicet in tribus pun

k ctis,

RAIMVNDI LVLLII

ctis, & in alijs quatuor de illis, quæ sunt in tertio, & de alijs quatuor de illis, quæ sunt in secundo, & sic de alijs quatuor de illis, quæ sunt in primo. ¶ Dicto de gradibus medicinarum, congruum est ut dicamus de earum uirtutibus & proprietatibus, ut cum illas applicuerimus ad cœlum nostrū, reddantur eiusdem uirtutis in millecuplo quàm si per se agerent.

¶ Sequitur canon 25. Qui te docebit prius, quæ sunt res attractiuæ. ¶ Fili in præsentis canone sumus de intentione, ut reuelemus tibi quæ sunt res attractiuæ, ut à corpore nostro attrahi possit quæcunq; res nociua, sicut ferrū, lignum, apostema &c. & sunt quæ sequuntur.

Magnes	Sagapenum	Affafetida	Maïorana
AP.	Sulphur	Cataputia	Apium
Pulmones	Armoniacum	Tapfia	Pulegium
Aristo. longa	Petroleum	Dictamus ru.	Adeps cūicu.
Lolium	Scopia regia	Cathmia.	

Applica ergo medicinas istas cœlo nostro & attrahet tibi omnem rem supra modum.

¶ Canon 26. Qui docet quæ sunt res purgantes humores peccantes in corpore nostro in generali, & primo de purgantibus sanguinē. Quædam laxant uentrem & prouocant quandoq; uomitū, quia abominabiles redduntur naturæ, quædam illarum attrahunt humores sibi similes, ut sunt reubarbarum, scamonea, psilium iuuante uirtute membrorum expellente ad intestina, & ex intestinis ad extra. Et earum quædam purgant cum uiscositate, ut est mercurialis psilium: quædam cum stipticitate, ut sunt mirbalani, quædam cū acredine, ut semen atriplicis, quædam

dam

dam cum dulcedine, ut scamonea, cassia fistula, quaedam uero cum amaritudine, ut aloes, & alia purgant hunc humorem, aut illum. ¶ Hæ uero sunt quæ purgant sanguinem in quacuncq; parte corporis, scilicet

Cassia fistula	Viola	Pruna	Zuccharum
----------------	-------	-------	-----------

Manna	Serum	Tapfia	Malua
-------	-------	--------	-------

Succus mercurialis	Vuæ in aurora collectæ.		
--------------------	-------------------------	--	--

¶ Item melancholiam purgant istæ, quæ sequuntur, & conferunt quibuscuncq; quartanis epilepticis & apopleticis &c.

Lapis lazuli	Thimus	Omnes mirobal.	Ebuli
--------------	--------	----------------	-------

Lapis armenus	Epythimus	Stoechas	Camæpitij
---------------	-----------	----------	-----------

¶ Choleram uero purgant ista quæ sequuntur scilicet,

Capilli uene.	Tamarindi	Pruna	Reubarbaræ
---------------	-----------	-------	------------

Endiuia	Lingua ceruina	Succus lactucae	Scabiosa.
---------	----------------	-----------------	-----------

Quatuor semina frigida.

¶ Flegma uero purgant ista quæ sequuntur scilicet,

Sambucus	Saxifragia	Piper longum	Elleborus albus
----------	------------	--------------	-----------------

Anacardi	Hermodactylus	Polipodium	Enula campana
----------	---------------	------------	---------------

Coccognidiū	Pyrethrum	Sauina	Sennæ
-------------	-----------	--------	-------

Colocynthis	Euforbium	Elleborus niger	
-------------	-----------	-----------------	--

Quatuor radices diureticæ, radix cucumeris agrestis, fumusterræ. ¶ Hæ uero res miraculosæ traditæ a deo, & cum determinata uirtute ad expellendum mortales atq; nociuos humores de corpore nostro. Cum igitur uolueris harum quin tam essentiam habere, affige illas in cælo nostro, & tunc ipsam habebis.

¶ Canon 27. Qui docebit te quæ sunt res, quæ constringunt uentrem & sanguinem, ut affigas illas in cælo nostro, & sic habes ipsum constrictiuum.

k ij Ea

Eta autem quæ constringunt sunt sicca & frigida, quia ratione stipticitatis constringunt meatus. Quædam uero quæ approprietate, ut rutha utriusq; & sunt ista quæ sequuntur.

Corallus	Pentaphyllon	Risum	Pira immatura
Cristallus	Portulaca	Milium	Accacia
Bolus arme.	Sanguis co.	Glans	Menta cū ace.
Poma cypressi	Sanguis uaccæ	Gemmae papa	Litargirium
Terra sigillata	Stercus asini	Faba	Spodium
Succus salicis	Argilla	Berberis	Fraxinum
Plantago	Antimoniū	Hematites	Cubebe
Carabe	Cortex nucis	Sumach	Caryophylli
Tragacantha	Pili lepo. usti	Myrtus	Folium
Gum. arab.	Atramētū ustū	Accacia	Hiacynthus
Cinis atama	Cinis fa. ex pan.	Galla	Ferrugo
Mumia	lineo sanguis. ex	Tusalmestica	Sanguis draco.
Balauſtiæ	uena restringit	Mala punica	Cōsolida minor
Hypocistis	Caules ni. cot.	Citonia	Sorba
Virga pasto.	Lac asinæ	Moracelli	Myrtus
Alumen	Caseus	Amygdala	Simpa, thutia

Ex omnibus his uel quibus uis affige in cœlo nostro &c, & miraculose sanguinem uel uentrem iuxta suum modum restringunt, cum tibi fuerit necesse.

¶ Canon 28. Qui docet quæ sunt res induratiuæ, ut scias illas applicare cœlo nostro, ut reddatur tibi induratiuū supra modum, ut applices corpori nostro ad indurandum cum tibi fuerit necessarium. Frigida nimis sunt quæ indurant, ex eo quia materiam congelant, & membra indurant, & quædam ex eis sunt sicca, & sunt illa quæ sequuntur myrrha, psilium, portulaca, aqua lentis solatrū, iusquianus,

iulianus, affige ergo has medicinas in celo nostro, & fiet induratiuum supra modum.

¶ Canon 29. In quo continetur scientia eorum, quæ sunt res mollificatiuæ &c. Dicamus res mollificatiuas, ut affigas eas in celo nostro, ut reddamus ipsum mollificatiuum, ut corpus nostrum mollificare scias cum fuerit necesse, & sunt istæ quæ sequuntur, scilicet,

Camomilla	Absynthium	Adeps anserinus
Eupatorium	Galbanum	Adeps hyrcinus
Mellilotum	Opopanax	Medulla ceruina
Styrax liquida	Radix Altheæ	Malua
Ammoniacum	Oleum uetus	Sagimen
Bdelium	Adeps caprinus	Vitelli, adeps pul.

Affige ergo fili quamlibet istarum rerum nostræ quintæ essentiæ, & fiet tibi mollificatiua ultra modum.

¶ Canon 30. In quo continetur scientia illarum rerum, quæ maturant apostema. Veniamus igitur ad naturam rerum, quæ maturant & saniem educunt, quarum quædam sunt uiscosæ claudentes poros, ut uirtus naturalis in tus confortetur, & materiã apostematis digerat, & sunt istæ quæ sequuntur, scilicet

Radix altheæ	Stœchas	Vuæ passæ
Semen lini	Fenugræcum	Ficus passæ
Ladanum	Styrax liquida	Butyrum
Anetum	Fermentum	

Affige quasuis istarum medicinarum in celo nostro, & fiet tibi maturatiuum ultra modum, ut appl ces illud corpori nostro, cum necesse fuerit.

k iij ¶ Canon

R A I M V N D I L V L L I I

¶ Canon 3 1. Qui te docebit, quæ sunt res corrosiuae, ut illas cœlo nostro applicare scias, & quæ sunt res ulceratiuae te docet. Corrosiua & ulceratiua differunt inter se, quoniam corrosiua sunt illa quæ carnem corrodunt & cutem, ulceratiua uero sunt, quæ cutem rumpunt, sed carnem non comedunt, unde corrosiua sunt ista, quæ sequuntur, scilicet,

Aes ustum	Viride æs	Vitriolum
Arsenicum utrunq;	Cuperosa	Antimonium
Thutia	Euphorbium	Cinabrium
Alumen	Sublimatus	Radix aphodeloræ
Sapo	Piper nigrum	Flamula
Os sepia	Calx uiua	Cantarides
Pyrethrum	Schœquinantū	Lac ficus
		Lac lateræ, alijs
		Galia (lac esule
		Argentū uiuum
		Balaustia,
		Spuma maris

Affige ergo fili omnes istas res iuxta modum suū quintæ essentiæ nostræ, & talis tibi fiet ut applices illas corpori nostro cum necessarium fuerit.

¶ Canon 3 2. Qui te docebit, quæ sunt res conglutinatiuae, & uulnerum mundificatiuae, & cōglutinatiuae carnis sunt istæ medicinae quæ sequuntur.

Gypsum	Serpentaria	Amylum	Sanguis draconis
Folia cypressi	Cortex thuris	Asphaltū	Tegula usta
Sarcocolla	Myrrha	Balaustia	Omnes cōsolidę litar.
Bolus	Bdelium	Testa oui	
Aloes	Lolium	Sinficura,	alijs non habent.

Affige ergo istas medicinas in cœlo nostro & retinebit eorum uirtutem & proprietatem,

¶ Canon

¶ Canon 33. Qui te docebit, quæ sunt res aperitiuæ, ut scias illas nostro cœlo applicare, cum necesse fuerit.

EST autem sciendum, quod quædam sunt ista, quæ uehementer aperitiua sunt, quæ præcipue ualent ad fortem oppilationem splenis, ut scolopèdria, quædam uero debilia in operatione, ut urtica. Et aperitiua sunt ista quæ sequuntur, scilicet,

Capparís	Cassutha	Marathrum
Asphodelus	Acorus	Ozimum
Costum	Leuisticum	Lupinus
Genziana	Baccæ lauri	Gentiana
Zinziber	Stoechas	Pix liquida
Rustus	Ptifana	Fermentum
Affarum	Agaricus	Farina hordei
Aristologia ro.	Prassium	Aloes epaticum
Polium	Cyperus	Semen atriplicis
Peonia	Fumaria terræ	Semen melonum
Chelidonia	Semen urticæ	Anetum
Hysopus	Abrotanum	Fel porci
Absynthium	Lac foeminae	Staphisagria
Lacca	Vinũ bastardum	Glycyrrhiza
Porrum	Orobus	Tamariscus
Cubebe	Eupatorium	Stercus canis
Squilla	Fistici	Semen porri
Spuma maris	Cucumeres silue:	Raphanus
Iris	Apium	Dictamnus
Cassia fistula	Bulbus	Mel nouum
Aloes	Anisum	Hypericon
Fabæ	Daucus	Xilo aloes

Spicanardi

RAIMUNDI LULLII

Spicanardi	Petroselinum	Xilocassia
Camedryos	Azente, alij anethū	Cinamomum
Chamæpitijs	Calamentum	Policaria
Scariola		Sambucus

Affige ergo fili quasuis istarum medicinarum in celo nostro, & fiet tibi aperitium supra modum ad quamcunq; oppilationem corporis nostri.

¶ Canon 34. in quo continetur scientia mundificatiuarum medicinarum, ut in uulneribus mundificent, & uenire faciant spiritum & sensum ad membrum, & sunt istæ quæ sequuntur, scilicet.

Aristologia longa	Aloes	Myrrha
Cerussa	Lithargyrium	Sementamarisci
Asphaltum	Filtrum ustum	Plumbum
Orobus	Thus	Pili leporis usti
Iris	Mel	

¶ Canon 35. In quo continetur scientia rerum, quæ attenuant, ut scias illas nostro celo applicare, cum fuerit opus.

Sunt enim ista quæ uere attenuant & dissoluunt calore suo, separant enim partes rei, in qua agunt suo proprio calore, & sunt istæ, scilicet.

Abrotanū	Cinamomum	Gentiana	Sambucus
Ameos	Eupatorium	Iris	Castoreum
Agaricus	Pinguedo leonis	Policaria	Pix naualis
Balsamus	Aristolochia	Rutha	Xylobalsamus
Camomilla	Assa fetida	Sagapenum	Polium
			Bulbus

Bulbus	Allium	Stoechas	Pœonia
Cuscute	Asphodelus	Sanguis mustelle	Tapssa
Ammoniacū	Chamepithijs	Cyperus	Terebinthi
Alumen	Calamentum	Mentastrum	Opopanax
Capparis	Prassium	Semen urticæ	
Chamedrijs	Cortex citri	Petroleum.	

¶ Canon 36. In quo continetur scientia rerum quæ incidunt, ut illas nostro cœlo applicare possis, ut reddatur tibi incisium, cum opus fuerit.

Mediocriter incidunt & diuidunt omnia acetosa in com-
muni, sed sunt aliæ medicinæ, quæ specificè agunt, &
sunt istæ quæ sequuntur.

Cyperus	Chamepitijs	Chamedrijs	Acetum
Petroleum	Eupatorium	Vitrum	Scylla

Affige ergo istas medicinas in cœlo nostro, & fiet ultimâ
te incisium ad incidendum humores grossos de corpore nostro.

¶ Canon 37. In quo continetur scientia rerum diaforeti-
carum, ut scias illas cœlo nostro applicare, ut
fiat in summo diaforeticum

Diaforetica sunt proprie calida, & per poros humores in
summo extenuant & euaporât, & sunt ista quæ sequun-
tur, uidelicet.

Pyrethrum	Galbanum	Radix cucume.	Raphanus
Salnitrum	Vetus oleum	agrestis	Pix
Maiorana	Radix asphodeli	Baucia	Semen urticæ
Agaricus	Rutha domestica	Adyanthos	
Aristolochia	Ficus	Assa fetida	

1 Affige

R A I M V N D I L V L L I I

Affige istas medicinas in cœlo nostro, & fiet tibi dyaporeticum, ut applices illud corpori nostro.

¶ Canon 38. Qui docet, quæ sunt res repercussivæ, ut illas applicare scias cœlo nostro, ut fiat repercussivum ad prohibendum malos humores, & repercutiendum à membris humidis.

Repercussiva sunt illa, quæ humores à patienti membro, uel parte repercutiunt, id est, prohibent ne currant, & sunt ista quæ sequuntur.

Acetum	Solanum	Paritaria	Plantago
Chimolea	Oleum rosaceū	Cicuta	Acacia
Barbassus	Hyoscyamus	Memitæ	Hypocistis
Bolus armenus	Papauer	Vua millana	
Glandes	Semperuiva	Quinq; neruia.	

Affige ergo fili qualitatem istarum medicinarum quintæ essentiæ nostræ, & fiet tibi repercussivum ultra uirtutes medicinarum.

¶ Canon 39. In quo continetur scientia rerum, quæ obdormire faciunt, ut utaris illis applicando cœlo nostro, cum necesse fuerit, faciunt obdormire, quæ sunt nimia frigiditatis, quia frigiditate constringunt nervos & humiditate sua mulcent spiritus & cerebrum, & sunt istæ quæ sequuntur, scilicet.

Semen hyosciami	Lenticula aquatica	Salamandra
Semen papa. nigri	Portulaca	Biscocta cū aqua
Semen papa. albi	Opium	Frigida
Mandragora	Piscis qui dicitur turbedo	Psyllium

Has

Has quippe res affige in cœlo nostro, & facient obdormire mirabiliter quodlibet animal comedens uel bibens illud.

¶ Canon 40. In quo continetur scientia mordificantium, in effectu mordificatiua sunt illa, quæ habent acumen, & sunt ista scilicet,

Folia oliuæ	Flos æris	Alumen	Radix cucu.
Arsenicum rub.	Porrum	Atramentum	agrestis
Succus elleb. albi	Azarnich	Arsenicū albū	Aes ustum
Cuperosa	Suc. elleb. nigri	Cantarides	

Affige ergo istas medicinas in cœlo nostro, & fiet tibi mordificatiuum, ut applices corpori nostro cum fuerit necessarium.

¶ Canon 41. Qui docet, quæ sunt res confortantes corpus nostrum.

Confortantes medicinae sunt istæ, quas hic ponimus, ut reddatur confortatiuum cœlum nostrum ad confortandum cerebrum, cor, intestina, & alia membra corporis nostri cum opus fuerit.

Stoechas	Cinamomum	Argentum	Spodium
Oēs mirobalani	Sandali	Camphora	Nux muscata
Aurum	Cardamomū	Berberis	Ozimum
Ambra	Spica nardi	Cyperus	Cubebe
Sumach	Corallus	Calamus arom.	Sponsa folis
Folium	Borago	Macis	Aqua rosa
Xylobalsamus	Scariola	Styrax liquida	Perle
Galanga	Caulis	Aqua ardens	Cassutha
Poma citri	Moschus	Xylocassia	Menta
			1 ij Carios

RAIMVNDI LULLII

Cariophyli Balsamus Zedoaria
Crocus Vnicornium Carui

Affige ergo fili quintam essentiam nostram his medicinis,
& habebunt uim confortatiuam ad omne membrum.

¶ Canon 42. Qui docet quæ sunt res ueneno repugnan-
tes, ut affigas illas in cælo nostro, ut habeant uim repu-
gnandi ueneno plusquam magna tyriaca, & sunt ista ui-
delicet.

Vitriolum Dictamnus albus Alleum
Gentiana Cornu cerui Scopia regia

Affige ergo fili istas medicinas quintæ essentiæ nostræ, &
habebunt uim repugnandi ueneno millesies plus quæ tyriaca.

Diximus de uirtutibus medicinarum, & quomodo potest
haberi earum quinta essentia ad habendum earum uirtu-
tem plusquam si per se poneretur. Congruum est ut dicamus
quomodo haberi potest quinta essentia de mineralibus post-
quam de uegetabilibus tractauimus.

¶ Canon 43. Qui te docebit doctrinam prædictam.

Sicut diximus supra, quomodo extrahere potes quintam
essentiam à uegetabilibus & lapidibus, sic potes extrahe-
re à mineralibus secundum ordinem generalem. Sed quia in-
tellectus plus de re specifica intelligere potest si de ipsa specia-
lis fiat scientia, quam si fiat generalis, igitur de metallorū quin-
ta essentia specificè tractabimus. Vnde fili tu in uirtute eloym
accipe aquam mercurij quæ facta sit per modum, quem in no-
stro testamento diximus, & in libro, qui mercuriorum intitula-
tur, in capitulo quod incipit: Tu fili de lunario liquore &c.

Et

Et in ista aqua filii dissolues ꝑ. 5. lunæ purissimæ, post distillationem filtratam separetur aqua à fecibus, in qua uadit limositas aquæ. Hæc aqua filii est resolutiua omnium aliorum corporum & sui argenti uiui, cuius uirtute filii margaritæ reformatur in natura pristina in modo, quo diximus in nostro Testamento, & in Compendio super Testamentum & Codicillum missum regi Roberto. Secunda uero aqua fit sic, scilicet, quod capias plumbi mediam unciam, & de prædicta aqua quod sufficit, postquam uideris plumbum dissolutum separa aquam per distillationem filtratam, & feces extra mitte, quia nihil ualere, post hoc uero distilla aquam per balneum, & serua feces ad tempus oportunum. Tertia uero aqua sic fit, capias de cupro unciam unam, & illud dissolue in tanta quantitate aquæ primæ quanta uolueris, & tibi uisum fuerit, & dimitte illam quiescere in ampulla sua in frigido loco post unam diem naturalem, post hoc uero separa aquam uiridem per filtrum linguam, & primas quidem feces extra mitte, deinde distilla aquam per alembicum & distillata serua feces secundas. Quarta uero aqua sic fit, accipe ꝑ. 1. stagni purissimi de cornualha, quod est purius omni alio, & illud dissolue in aliqua quantitate primæ aquæ & distilla, post hoc aquam illam cum limositate sua & feces quæ remanserint extra mitte, post hoc distilla aquam per alembicum & serua feces secundas. Aqua uero quinta sic fit, accipe ꝑ. 1. ferri purissimi, & dissolue ipsum in tanta quantitate, quod sibi sufficiat de aqua prima, post hoc distilla per filtrum, & mitte feces extra, & distilla aquam per alembicum, & serua feces secundas. Sexta uero aqua sic fit, accipe ꝑ. 1. auri purissimi, & dissolue ipsum per modum quem tibi diximus in nostro Testamento, scilicet cum lunaria pura, cum tanto pondere aquæ quintæ essentiæ, & fac sicut fecisti de alijs.

Item filii tu omnia ista metalla dissoluere potes isto ordine, fa-

l ij cta

RAIMUNDI LULLII

Et aqua prima in illa dissolue metallum, quod modo secunda-
rio tibi dissoluere præcipimus, deinde fac de isto sicut prius tibi
diximus, & in aqua secunda dissolvas metallum tertium, &
in aqua secunda tertij metalli dissolvas metallum quartum, &
in aqua quartij metalli dissolvas quintum metallum, & in aqua
quinta metalli dissolvas metallum sextum. De quavis istarum
aquarum accipe secundum quod tibi uisum fuerit ad dis-
soluendum metallum. Fili hæ limositates metallorum dicun-
tur quintæ essentiæ seu mercurius ille mineralis, quem philoso-
phi considerauerunt in opere alchimico & lapidifico, & in
opere medicinali. Sed fili in opere alchimico, istæ quintæ es-
sentiæ considerantur subtilius, quia in subtiliori materia, pro-
pter quod fit per diuisionem elementorum, ut in tertio libro
huius uoluminis dicemus. In lapidibus uero quintæ essentiæ
non sunt ita in tanta subtili materia per magisterium propin-
qua. In medicina uero quælibet pars respectum habet.

DICTO de quinta essentia mineralium, qualiter potest per
subtile magisterium haberi à manibus nostris, nunc
congruum est ut dicamus de diuisione illarum in generali.

¶ Canon 44. Qui docet illam doctrinam.

AD inclinationem magisterij huius fili mi facias sic, quan-
do uero metalla tua fuerint resoluta, tu quippe diuides
aquam quamlibet ad partem, & diuidas quamlibet aquam in
partes duas, & unam partem uniuscuiusque partis pones cum
proprijs fecibus in alembico uitreo, & distillabis in limo de-
serti, qui est aer factus ex duobus corporibus in furno, quem tibi
prius designauimus cum igne suauis, & respundet cum mo-
dica uirtute minerali, & cum magna limositate appropriata
ad

ad

ad uirtutes coelicas recipiendas, & in quacuncq; illarum aquarum mittes in ampulla uitrea cum collo longo & cum collo rotundo, & post hoc claude eius orificium cum cera communi, & post cum mastice, & quamlibet illarum ampullarum pone in sereno loco taliter, quod nec lapis, nec aliqua alia res quamuis nociua possit tangere ratione uitri. Fili, tu capies feces materiales, à quibus limum resoluisti, quæ sunt secundæ feces per euaporatam sublimationē in partibus aquarum, quas misisti ad serenum locū, & illas mittes in ampulla uitrea cum collo longo, quæ contineat duos palmos, & intermitte partem suamet aquæ, quæ reseruatur de illa limosa iam dicta, & claude ampullas cum clausorio ceræ, & alute & masticis sicut alteri fecisti, & sepeli illas in horto in terra bene grossa in profundo unius palmi cum dimidio & ponas illas, quamuis etiam aliam rem in giro colli ampullarum, quæ appareat extra ad illius conseruationem, & sint hic per unum annum integrum. Sic igitur fili facies in alchimia transmutoria, scilicet aerem cum terra foliata, & simul sepelies in terra in una ampulla, & ignem pone in alteram ampullam in loco sereno sicut de alijs fecisti. Fili, uis scire istam triplicem sciētiam, necessarium est tibi qualiter locum locatum generat scire de sua propria natura. Fili, unius naturæ sunt aquæ quæ mittuntur in terra, & alterius quæ ponuntur ad aerem; quoniam fili illæ, quæ mittuntur in terram, habent uim & uirtutem induratiuam cuniculatiuam atq; fixatiuam. Et illæ quæ sunt in aere habent uirtutem & proprietatem indurandi cuniculandi & fixandi, passiuè tamen intellige fili. Finito quippe anno, tu habebis omne illud, quod à mundo desideratur ad hoc opus, uel ad illud, de quo potes ad placitum tam in magisterio alchimico quam in lapidifico & in medicinali. Vnde fili mi ponemus tibi regulam generalem ad utrunq; opus, scilicet lapidificum & alchimicum.

Quando

RAIMVNDI LVLLII

Quando igitur fili mi uolueris componere lapidem transmutorium utrunq; uel quemcunq; alium, respice lapidem preciosum, cuius est coloris & uirtutis. Item respice utrum lapis transmutans habet esse albus uel rubeus, & sic conditionabis aquas tuas in miscendo quasdam cum alijs in magisterio preciosorum, sic Smaragdus qui componitur de aqua induratiua argenti & de aqua aerea cupri. Item Adamas, qui componitur ex aqua induratiua argenti, & ex aqua induratiua, uel etiam aqua aerentata argenti. Item Pallax, qui componitur ex aerentata argenti, & ex aqua terrestri argenti, & ex aqua terrestri auri mixtis aequaliter. Item compositio Berilli, qui fit ex aequali pondere aquae aerentatae argenti, & aquae aerentatae stanni mixtis aequaliter, & ex aqua terrestri argenti. Item Mandina quae componitur ex aqua aerentata ferri, & ex aqua terrestri, seu induratiua eiusdem, scilicet ferri. Item Carbunculus, qui componitur ex aqua induratiua auri, & ex aqua aerentata eiusdem. Item Topazius, qui componitur ex aqua aerentata ferri, & ex aqua induratiua auri. Item Elitropia, quae componitur sicut smaragdus, nisi quia cum aqua aerentata cupri miscetur, & est pars aquae aerentatae ferri, & cum induratiua, similiter tantum de induratiua ferri. Item Sapphirus, qui componitur sicut adamas, nisi quod cum aqua aerentatae lunae miscetur de aqua aerentata stanni. Item Hiacynthus, qui componitur sicut alamandina, nisi quod additur de aqua aerentata auri, & aqua aerentata ferri. ¶ Item Perlae, quae secundum hanc uiam componuntur ex aqua aerentata lunae, & ex aqua aerentata stanni mixta cum aqua aerentata lunae ad quintam partem aquae lunae, & ex aqua induratiua stanni, & multi lapides alij, qui componuntur secundum hanc doctrinam, quos longum esset enarrare hic in praesenti libro, quod tot lapides possunt componi ex illis aquis, quot sunt in rerum natura, & tot
habent

habent uirtutes, quot naturales ut superius diximus in theori-
ca huius libri, & diximus prolixius in nostro Lapidario per to-
tum, ideo in hac parte te ipsi remittimus, quia ibi large conti-
netur hæc doctrina. ¶ Item in compositione lapidis philoso-
phorum rubei sic facies tu fili, capies aquam induratiuam au-
ri, quæ est aer ex terra mixtus, & post hoc capias aquã aeren-
tatam, quæ est ignis, & misce secundum regulam generalem,
quæ se extendit ad omnes lapides secundum magis & minus
in sequenti canone.

¶ Canon 45. In quo continetur prædicta doctrina.

Fili omnium lapidum compositio concordat in induratio-
ne, fixatione & umbra solis, & ignis communi decoctio-
ne, sed in quantitate ignis & aliarum rerum. *

¶ Quæstio. Pater quomodo unus lapis unius naturæ tantum
potest sufferre ignem, sicut alterius, cum clare uideamus,
quod quidam lapides magis sunt indurati quàm alij, & alij ha-
bent colorẽ hunc, alij illum? ¶ Solutio. Fili superius diximus
tibi quod forma agit secundum dispositionem materiæ, etiam
fili lapides habent diuersas materias diuersimode aptas ad ac-
cipiendum actum formæ, ideo materia quælibet actum illius
recipit, secundum quod cõuenit suæ naturæ, sicut materia cæ-
ræ uel butyri, quæ funditur per solem, & materia argillæ, quæ
induratur. Item fili motus orbis, qui mouetur in generatione
lapidum, & totum in una quantitate temporis, & tamen actus
eius diuersimode assituatur & agit in lapidibus iam sic, quod
ipse motus unus est in seipso, sed diuersitas causatur ex mate-
rijs rerum diuersimode accipientium actus illius. ¶ Vnde fi-
li in Christi nomine facies sic, si tu uis componere quemcunq;
lapidem, necessarium est tibi cognoscere uirtutes potentia
m &

m &

RAIMVNDI LVLLII

& colores quos minerales aquæ acceperunt ex influentijs cœlestibus, & determinationem formæ, in quam mutantur per proprietatem materiæ spiritus sui aquatici, in quo retinetur. Quia filii unius uirtutis est aqua auri, alterius aqua argenti. Item unius uirtutis est aqua aerea, alterius aqua terrea. Et hæc per dictam determinationem materierum, metallorum resolutorum in spiritus aquaticos; in quibus retinentur dictæ influentiæ cœlestes, hoc idem tibi dicimus de coloribus diuersis secundum naturam uniuscuiusque metalli. ¶ Et tibi diximus in nostro testamento & codicillo; & ualde si bene nos intellexisti, quia hoc non est nisi sulphur & argentum uiuum, & ex his accipiunt subtilem omnem colorem & determinationem. Facias igitur filii mi in Dei nomine moles tuas ex argento secundum formam, quam affectaueris, quod lapis quiuis oriatur, & circunquaque dabis moles argenteas cum communi cæra, ut forma molis maneat intra; & dum filii intellexeris, quod moles cæra acceperit molem & formam molis argenti, diuide cæram ab argento, dum ergo hoc compleueris & uolueris componere quemcunque lapidem. ¶ Tu uero per præsens accipias unum uas factum in modo, quem tibi inferius designabimus, & sit diuisum in duas partes: quarum una sit fundus, altera uero coopertorium & quod sit factum taliter, quod coopertorium ingrediatur iuste cum corpore inferiori per spacium unius digiti, deinde filii capies ex aqua cuiusuis metalli, quæ uirtutem habet induratiuam & uigoratiuam per cœlestem influentiam, uel simplicem uel mixtam cum altera, ut apparet in doctrina canonis præcedentis, & accipe molem cæra, & confestim mitte taliter, quod natet super terrestrem aquam per spacium unius aue Mariæ, & unius credo in Deum, uel etiam per quartam partem horæ cooperculo supra posito. Filii hoc fit, ut dicta moles tantum ab intus quantum ab extra impleatur uapore aquæ,
uel

uel

uel aquarum terrestrium rarificato in aere taliter, quod contingat elementorum proprietates, in quibus quiescit uirtus mineralis multiplicata cœlestibus uirtutibus tangendo immediate molem cæræ, tamen non dicimus tibi quod tota concauitas impleatur dicto uapore molis cæræ conuersæ in aquam, sed quod implebitur uapore aquæ uel aquarum inuisibili: à quo concauitas molis cæræ accipiet uirtutem ad indurandum aquam aeream, quæ postea intromittatur in lapide precioso: & quod lapidificatiua sic spiret, & illuminet de cærea ad finem, quod postea inspiret in aquam, quæ conuertitur in lapidem missum intus in uase. ¶ Fili mi, istud est uas minerale, quod nobis præparauimus in respectu naturalis, in quo per artificium subtile natura influunt minerales uirtutes spiritibus meditantibus, & sic talis locus certus & determinatus proprium locatum gignit uirtutibus, quæ in eo retinētur. Quoniam fili dictum est & declaratum in libris nostris, quod omni tempore locatum locus gignit & hoc non fit nisi cœlicis proprietatibus, quæ influunt in illo, quibus uirtutibus mineralibus uirtutes crescunt, sicut illarum uasa demonstrant ad oculos omni die & etiam natura illius, qui est amator ueritatis. Intellige ergo fili primas causas, quæ ducunt entia de potentia in actum cum propria theorica: Fili mi, si tu nequaquam habes practicam mixtam cum theorica nihil quasi ualet totum, quoniam necesse est quod propria intentio prius sciatur cum theorica quam practica necesse est quod informetur. ¶ Finita igitur quarta parte horæ, uel salue reginæ, uel credo mitte intus in mole de aqua aerentica quæ fit ex uaporibus uniuscuiusque metalli secundum lapidem, quem componere intellexeris ad formam molis: quoniam fili formam, quam lapis debet habere à mole cæræ accipit. Post hoc cooperi uas cum suo cooperculo, & non lites iuncturas cum aliqua re, & pone uas ad umbram

m ij per

R A I M V N D I L V L L I I

per horas quatuor taliter quod sal non appropinquet, & ad finem quartæ horæ uidebis aquam congelatam, quam tu misisti intus in mole tua ad modum granæ transparentis ad modum pastæ cum appareat serenitate. ¶ Propterea dum uideris, quod aqua lapidem inspissauit, tunc temporis aqua constricta accipiet formam à mole cæræ iam prædictæ; postea uero aperi fili uas tuum & gira molem cæræ ad interius & superius; taliter quod substantia aquæ gelatæ tangat substantiam aquæ durantis & congelantis immediate, post hoc claude uas multum bene, & pone cum suo cooperculo; & claude iuncturam cum pasta facta de farina Siliginis; & pone ad solem per tres dies; & tunc per uirtutem balneationis, quam accepit lapis post suam formationem, induratur uirtute propria cōstrictiua mineralis illius, & hoc per calorem solis mouentem uirtutem naturalem informatiuam, quæ stat in elementorū qualitibus cum suis instrumentis. ¶ Præterea cum uideris lapidem tuum induratum, & multum bene congelatum, diuide ipsum à mole cæræ ratione suæ constrictionis, tunc temporis tu potes cognoscere terminum suæ indurationis, non obstantibus coloribus accidentalibus, qui apparebunt in illo & usquequaque transgrediatur per digestionem tertiam, quæ fili fit cum igne communi, quem tibi inferius dicemus. Extrahe illum de aqua, & illum pone ad partem, & serua ipsum in uase uitri per modum, quem tibi inferius designabimus factis. Fili terrea formatio fit per tempus longius cum certa determinatione sicut aliæ, in qua uero quiescunt omnes tanquam in fine perfectionis. ¶ Ista formatio fit in tripede archanorum, qui est furnus philosophalis deputatus ad hoc, ut uiderere poteris per figuram inferius descriptam. Accipe igitur in Christi nomine lapidem tuum induratum, sicut est in uase suo, & pone ipsum in olla, quæ est super gazolam, & superpone aliam ollam, & da sibi
ignem

ignem

ignem de ferratura per nouem dies naturales continuos. Fili, hic est locus deputatus per artificium sicut uult natura. Finitis ergo diebus prædictis abstrahe, & uidebis hoc, quod tibi ars de potentia in actum deduxerit cum suis instrumentis naturalibus, tunc igitur utere illo secundum conditionem & uirtutem suæ naturæ. ¶ Quæstio. Pater, si lapis philosophorum cadit in doctrina formationis istius? Fili, hæc regula non solum ad preciosos lapides, sed etiam ad lapidem philosophorum extenditur, quoniam fit ex una parte suæ claræ aquæ, ex qua ars componitur, quod uoluit cum suis proprijs instrumentis, sicut ex altera sunt alteræ duæ aquæ, per quas formatur tota ars alchimie, quia una aquarum facit lapidem uolatilem, Altera uero fixat ipsum cum uult. Et in hac fili natura operatur, facta per alchimiam conformantur, sed sunt alterius naturæ.

Hæc differentia fili causatur per elementorum diuisionem, & tamen fili ars utraq; à natura non discrepat quantum ad principium sui.

RAIMUNDI LULLII
DISTINCTIO SE-
CVNDA DE APPLICATIONE
quintæ essentiæ ad corpora humana.



DICTO de magisterio primi libri, in quo dedi-
mus Theoricam quintæ essentiæ, & declaravi-
mus modum extractionis eius à quacuncq; re ele-
menta. In quo etiam tractauimus generaliter de
magisterio lapidum preciosorum & alchimico-
rum. Congruum est ut dicamus qualiter omnes istæ quintæ
essentiæ applicentur ad corpus humanum, unde iste liber sic
intitulatur. Deus tu es summe metuendus, qui es finis & per-
fectio omnium qui te metuunt, & à quo omne, quod est opti-
mum procedit.

Incipit Secundus liber huius uoluminis, qui appellatur
de remedijs ultimatis generalibus ad commo-
dum corporis nostri conditus.

Fili, in hoc præsentis libro tractare intendimus de applica-
tione quintæ essentiæ ad corpora humana ad finem, ut
per illum curentur omnes morbi incurabiles secundum iudi-
cium modernorum medicorum. Sed qui uult profunde inda-
gare naturæ principia, quæ deteximus hic, cum tamen omnia
plenarie nequeant per ipsum attingere. Ista quippe inter entia
sciant, & etiam eorum naturas & complexiones & uirtutes
contra infœlicitatem naturæ, per ea quippe, quæ in præsentis li-
bro designamus fili scias remedia procurare corpori humano
subito, & quasi miraculose, ut uiri euangelici reducantur habi-
les animo aduersus imperfectionis labores. Quoniã præsens li-
ber

ber

ber diuiditur in partes duas, scilicet in prohemium & tractatum applicationis. Prima pars hæc est. Fili, in hoc &c. Secunda, Magisterium in cura incommodorum. Item secunda pars diuiditur in tot partes: quot sunt curæ. Item fili subiectum huius libri est quascunq; infirmitates quantuncq; graues etiam desperatæ curæ sanare nisi ultimus terminus sit constitutus à Deo. Item finis quare ipsum reuelamus clare de se manifestus est. ¶ Fili, in hoc præsentî libro specificata est doctrina curationis omnium morborum à capite usq; ad pedes, & composuimus librum contra nostram intentionem: ex eo quia prius ipsum diximus fieri compendiosum. Quapropter fili unam regulam generalem situabimus: unde possint omnes à capite usque ad pedes curari cum nostra quinta essentia. Postea uero descendemus ad aliquam specificam causam collationis, ut secundum doctrinam quam de ipsis dabimus. sciet quilibet investigator ueritatis de alijs praticare secundum suum modum unde sequitur.

¶ Canon primus quomodo impedimenta somnii euitentur & iuentus pristina restauretur: & omnes morbi à capite usq; ad pedes in generali curentur.

Magisterium in cura incommodorum à capite usq; ad pedes sic fili cōdies, scilicet quod tu respicias infirmitatem cuius est generis: & cuius speciei: & respicias: cuius est qualitatis & quantitatis: & utrum est nimis molesta uel non, tunc recurre ad nostrum librum de simplicibus medicinis: & medicinas quas inueneris appropriatas doloribus appone in nostra quinta essentia: & applica uel in potu: uel ab extra, & cito, & in modicum tempus erit perfecte curatus à quacunq; infirmitate. ¶ Quæstio. Pater, quomodo cognoscam gradum infirmitatis

mitatis

RAIMUNDI LULLII

mitatis qualitatis : cum nullus philosophorum talem doctrinam posuerit in libris suis. ¶ Solutio. Fili mi, recurras ad principia medicinae, & ad librum de regionibus sanitatis, & ad figuram de contrarijs, & ad librum urinarum & pulsum, quos super artem medicinae composuimus. ¶ Quæstio. Pater : quomodo cognoscam dictas medicinas, si librum de simplicibus habere non potero? ¶ Solutio. Fili, tu recurras ad libros philosophorum, quia si non perfecte tractauerint, tu per eorū doctrinam melius operaberis quā per te ipsum probando medicinam istam, aut illam. Si inueneris impedimenta sic euitantur, & iuuentus pristina sic restauratur usque ad terminum nobis à deo constitutum, & est ut accipias quintam aquæ ardentis conditionatam per modum primi libri, infra quam infunde quintam essentiam auri & perlarum, aut ipsum aurum & perlas, & hac mirabili potatione potet senex mane & sero ad quantitatem seminucis plenæ, & infra paucissimos dies ad tantam incolumitatem deueniet, ut manifeste & sensibilibus sentiet se ad pristinam iuuentutem deuenisse, tamen cautela est in hoc tempore uino temperate uti. Si uero addideris quintam essentiam uulgo, sic erit magisterium fortius in operatione, utatur enim his diebus bonis comestibilibus, & uino quod biberit addat quintam essentiam auri & perlarum, sicut te docuit primus liber discrete & multum solerte. Hæc est regula, quam seruabis in detrimento senectutis & iuuentutis recuperatione. ¶ Quæstio. Pater, uidetur mihi impossibile, quod senectus retro gradetur ad iuuentutem, quoniam si hoc esset uerum, nullus principum tyrannorum deuenisset in mortem, etiam nullus alius utens hac medicina, quia sic deus esset contra seipsum, ut patet Gen. 6. ¶ Solutio. Fili, non dicimus tibi de retrogradatione, sed de illa, quæ ultra naturā deuenit, sicut uidemus quotidie, quod plures homines sunt quinquaginta

quaginta

quaginta annorum, & ratione complexionis, uel alicuius corruptionis apparent secundum rei ueritatem 60. uel 65. annorum, & sic de alijs qui nondum habent 30. annos, & apparent secundum rei ueritatem 50. annorum, huic tali intendimus per doctrinam huius canonis succurrere, ut non fenescat magis quam per naturam posset fenescere, & quod reuertatur ad pristinum secundum sensum, & uires recuperet, & canos mutet in rubrum usque ad diem mortis suae constitutae per Deum.

¶ Canon 2. Qui docet Magisterium in suscitatione mortuorum, quod est unum de secretis maximis in hoc libro.

IN hoc canone mortuos appellamus non illos qui simpliciter sunt mortui, sed illos de quibus ultimate desperatur, ita quod a medicis & a uitae actibus sunt derelicti in tantum, quod etiam sensibus non utuntur, huic mortuo in tali desperatione subuenimus, ut satis cito resurgat, & loquatur & uiuat, nisi sit ille ultimus terminus a Deo constitutus Et magisterium huius secreti est, ut tribuas sibi quintam essentiam per se solam, & statim in modicum tempus resurget uiuus dum in stomacho transglutians influat cordi radium uitae naturalis, & defunctam naturam ipsam uidebis reparare, Et si uis filii, quod hoc fiat in parte 15. horae, uel quasi in 20. punctis horologii, ita ut a circumstantibus credatur illusio uel miraculum euidentis, habeas chelidonium cuius flos & fructus est in colore auri interius & quatuor elementa extra per magisterium primi libri, & accipe de elemento ignis, quod est tanquam liquor olei, & affige nostrae quintae essentiae in quantitate unius grani tritici, & statim resurget in modicum spacium, si sufficiens fuerit patiens ad ipsam transglutiendam, deinde conforta eum cum
n admira

R A I M V N D I L V L L I

administratione nostræ quintæ essentia per se, & scias quod perfecte curabitur, nisi Dominus Deus iubeat illum omnino mori. ¶ Et dico tibi, quod hoc est subtilissimum apud modernos, nec est nisi unus, qui tanta sciat bona. Ipsi quidem asserunt naturam omnino deuictam posse recuperari cum medicinis communibus absq; nostra quinta essentia, & asserunt impossibile magnum. Cum enim uident hominem moridicunt nulla res in natura est nisi solus Deus, qui ab isto periculo istum infirmum possit liberare, quorum contrarium asserimus. Tu autem fili operare secundum doctrinam tibi traditam in canone isto, & facies miracula super terram.

¶ Canon tertius, in quo continetur scientia in cura leproforum ut reuertantur ad sanitatem pristinam.

Quoniam iustus Deus in poena peccati in nos inflixit multos gradus infirmitatis, & inter alios plaga lepræ detestabilior est, ac ignominiosior humano generi, & est difficilis & aliquando impossibilis cura eius, ut lepra quæ permittitur à Deo, sicut lepra Giezi & Constantini, quæ lepræ nullo ingenio humano curari possunt nisi diuina uirtute. Nos uero minime hic de talibus lepris loquimur, nec etiam de illa, quæ uenit per generationem. Sed nos loquimur de plaga lepræ, quæ aduenit hominibus ex humorum corruptione uel uenenorum insufficientium natura, quia huic tali remedium & perfectam sanitatem intendimus procurare, si etiam per multum tempus uel modicum præcessit. Recipe igitur hoc arcanum, scilicet nostram quintam essentiam auri & perlarum, & administra patienti per octo dies dando sibi mane unam plenam nucem, & sic plene curabitur. Nam hæc coelestis medicina est, quæ to
tam

tam lepram cuiusuis humoris peccantis infra modicum tempus curat. Hoc quippe est arcanum maximum & utile magisterium in hac infirmitate. ¶ Item filii alius modus est in cura huius morbi, ut accipias aquam factam ex fragis, quæ sunt fructus Maij multum bene redolentes, & affige illam nostræ quintæ essentiæ, una cum quinta essentia auri & perlarum, quas primus liber te docuit extrahere ad plenum in canone dissolutionis metallorum, & applica illi, & uidebis mirabilia uel effectum stupendissimum. Nam & si addideris eis quintam essentiam, faciet utiq; fortius. Aqua quippe harum dissimulat leproso, si bibatur, & liniantur maculæ, potissime si ipsam miscueris aquæ ardentis. Operare igitur filii secundum doctrinam tibi traditam in hoc canone, & noueris te omnem lepram cum suis speciebus perfecte curare.

¶ Canon 4. In quo continetur scientia ad curandum paralysim in quocunq; corpore humano.

Paralysis est morbus difficillimus ad curandum, in tantum quod iudicatur apud prudentes modernorum pro morbo impossibilis curationis, & magisterium huius curationis est, ut affigas nostræ quintæ essentiæ herbam, quæ dicitur yua, & saluiam, & grana sinapis, & da ei in potu per nouem dies, & unge exterius, & noueris dando ei balneum calidum & humidum, cum his herbis perfecte curabitur in tantum, quod uidebitur ipsum morbum nunquam habuisse, & ambulabit incolomis, & membrum emendabitur tanquam si rem illius morbi nunquam habuisset. ¶ Item alius modus est ut applices quintæ essentiæ nostræ res, quæ humores uiscosos purgant, & da patienti per modum supradictum, & scias quod perfecte curabitur.

n ij ¶ Canon

¶ Canon 5. Qui nos docet habere medicinam seu remedium contra consumptos in toto corpore, & nimium macilentos, sicut sunt homines raræ complexionis, & pueri, & consumpti & ethici.

Est autem omnium illorum cura uera cum nostra quinta essentia, iam enim tibi diximus, quod naturam debilem confortat, & deperditam restaurat, restauratam conseruat, & carnem naturalem in corpore nimis macilento & etiam consumpto procurat. Est autem in hoc fortius magisterium, ut extrahas ab herba chelidonia quatuor elemēta per magisterium primi libri, & accipe elementum aeris, quod est in colore olei optimi, & misce cum quinta essentia nostra, & infra modicum tempus erit uirtutis miraculosæ restauratio, & ipse homo fiet pinguis supra quàm credi potest. Non est præter istam res in natura, quæ tantum in his remedijs possit ualere. ¶ Item si accipias carnem cancrorum id est puluerem Alexandria flu. & misceas nostræ quintæ essentiæ idem faciet. Et nota fili mi, quod hæc est ultima cura, quæ est in quocunq; genere & specie febrium in tantum, quod si puluis illorum detur in esu post signa dignationis cognita, perfecte curat patientem à quacunque febre. Et hoc arcanum à malis & iniquis custodi.

¶ Canon 6. Qui docet nos curam perfectam dæmoniacorum, melancholicorum, & omnium morborum caducorum.

Vera experientia docet nos, quod omnes melancholici occupantur in horribilibus cogitationibus. Nam humor ille maliciosus ortū habet à splene, & fumi illius per poros ascendant usq; ad cerebrum, & fantasiam mouent, & imaginati-
uam

uam cum conturbatione intellectus dormiendo horribilia fantasmata fabricant, uigilando horribilia cogitant, aliquando autem iste humor est nimis malitiosus, & generat epilepsiam uel apoplexiam. Cum talibus enim infirmitatibus daemones frequenter miscentur in tantum, quod infirmitas mixta cum daemone torquet patientem. Aliquando autem sunt stulti, & secum loquuntur, & uidentur multotiens cum hominibus quasi disputare, & non nisi secum disputant, & etiam tales ueniunt in desperationem, & seipos occidunt. ¶ Cura uero istorum talis est, ut utantur nostra quinta essentia, uel quod cum ipsa immittatur istae medicinae, scilicet fumus terrae, centaurea maior epithimus, thimus, lapis lazuli, elleborus niger. Et dimitte stare in nostra quinta essentia per tres horas, & da ei in potu bis in die, & semel in nocte, & unge ab extra totum corpus & regionem splenis. Ista quippe medicina cerebrum mundificat, melancholiam purgat, & laetum reddit patientem, & perfecte sanum in decem dies, si istam medicinam continuauerit.

¶ Quaestio. Pater quomodo potest fieri, quod daemones per medicinas possint à corporibus eijci, cum non habeant corpora, in quibus possint recipere impressiones medicinarum, cum omnis potentia circa obiectum operatur? ¶ Solutio. Fili, multae rationes possent assignari in solutione huius quaestionis tam ex testibus sacrae scripturae, quam per rationem necessariam daemones fugari per uirtutem medicinarum sensualium ideo adduco rationem sacrae scripturae ad solutionem quaestionis. Fili, scriptura sacra in libro Thobiae demonstrat, daemones fugari per uirtutem rerum sensualium in modo honesto & sancto, hoc fit cum fumigatione & sacrificio &c. Nam in eo lib. ca. 6. dicitur, quod posuit Thobias partem iecoris super carbones & daemon fugit à tota domo. Item eo ca. posuit Thobias partem cordis super carbones, & fumus illius effugauit

n in omne

RAIMVNDI LULLII

omne dæmoniorum genus. Ecce patet fili solutio quæstionis per sacrã scripturam, hoc autem est per credere. Sed si uis fili intelligere quomodo solutio soluatur per rationẽ naturalem, accipias ista principia, causa, effectus, iustitia. Vnde facio istã rationem, omni causa remota, remouetur eius effectus. Item iustitia est id, cuius ratione redditur unicuique quod suum est. Ex prima maxima fili talem rationem fundamus. Dæmones ad corpora iunguntur humana propter malam dispositionem humoris corrupti, aut infecti melancholici, qui malas figuras, nigras & horribiles format in fantasia, & intellectum conturbat: dæmones autem has formas habent in consuetudine accipere, & communiter habitare in locis obscuris & solitarijs, qui dum per quintæ essentiæ uirtutem & aliarum rerum à corpore talis humor expellitur: qui est causa dæmonum, quare ad tale corpus deueniunt, tunc temporis dæmones simul cum humore euanescent. Alia uero ratio talis est. Sicut potestas Dei potest, & potuit elemẽtorum qualitates stare facere in Acheronta post diem iudicij sine proprijs substantijs coessentialibus ad uindictam suæ diuinæ iustitiæ, sic potest ipsos dæmones facere pati sub actione rerum sensualium, ut ueritas suæ potestatis, quæ cum ipsa iustitia conuertitur habeat subiectum, in quo possit uti suo actu secundum quantitatem culpæ, alias enim æqualitas ueritatis esset destructa propter defectum liberi arbitrij, ratione cuius Deus non haberet potestatem utendi secundum dispositionem dignitatum in creaturis, quod est impossibile. Est igitur uerum, quod Deus habet liberum arbitrium, ut utatur secundum dispositionem suarum dignitatum in principijs creatis, & reddet pœnam iuxta quantitatem culpæ, & meritum & gloriam secundum suum modum. Non est ergo dubitandum quin Deus ad uindictam suæ diuinæ iustitiæ submittat dæmones actionibus rerum sensualium.

¶ Item

Item Fili, solutio quaestionis praelibatae patet per actiones nicromantiae Salomonis cum qua daemones coguntur ad faciendum opera bona, aut mala uirtute uerborum, lapidum, & plantarum, patet ergo qualiter daemones actioni rerum sensualium submittuntur. **I**tem Fili, clare potest intelligi per actionem ignis auerni, quo torquentur animae damnatae, & ipsimet daemones ad multiplicationem suae poenae, quamuis sua substantia non sit ex quatuor elementis composita, tamen ut sua poena magis multiplicetur sentiunt ipsi poenam iussu diuinae iustitiae. **N**am Fili, qui contra infinitam substantiam peccat, in finite peccent oportet, peccans igitur quocumque modo possit magis poenam pati, sed praeter uisionem diuinam nulla potest eis dari maior, quam quod submittantur actioni uirtutis rerum sensualium. Et propter hoc fili extat tibi reuelatio qualiter medicinae sensuales actiones habent ad daemones fugandos de quocumque corpore, utere ergo fili ista medicina supradicta, & curabis quoscumque daemonicos, apoplexicos & melancholicos, & potissime si dictis medicinis addideris herbam, quae dicitur Hypericon, quae aliam dicitur fuga daemonum seu perforata. Nam fumigatio seminis eius fugat omnem daemone a proprietate corporis, uel a domo.

Canon 7. Qui docet te curam contra illos, qui timorem habent, & inconstantiam, & contra debilitatem post infirmitatem, & ad reparationem audaciae & fortitudinis plusquam per naturam posset habere.

Fili, non dicimus tibi in uanum, quod nec intellectus humanus potest capere, neque lingua narrare miraculosas uirtutes, quas Deus posuit in quinta essentia uini, & omnium rerum elementum

elementatarum, & inter omnes quintas essentias ad hoc magisterium præcise ualent quintæ essentiæ herbarum peoniæ, & angelicæ, croci, perlarum, & auri. Si uero omnium istarum quintas essentias misces cum quinta essentia uini, & dederis in potu subito, & quasi miraculose, homo qui dictis torquetur infirmitatibus timorem amittit, & debilitatem, & fortitudinem recuperat exteriorem & interiorem, in tantum quod mortem contemnit, nec timet quicquam, sed supra modum efficitur audax & fortis uiribus. Nam in tantum sibi uires augmentantur, quod est incredibile, nisi per experimentum appareat effectus. ¶ Est autem fili cautela adhibenda, ne tale secretum ueniat in manibus tyrannorum, nisi cum fuerit necesse & prælietur contra paganos, tu adhibeas eis & hominibus armorum in quantitate unius seminucis plenæ, & facient mirabilia in prælio. Nam dicimus tibi quod subito augmentat uires & audaciam, sicut fulgur comburit intima corporis absque læsione entis.

¶ Canon 8. In quo continetur scientia ad curandum illos, qui sunt infecti ueneno in potu, uel quouis alio modo sint infecti.

PLagam ueneni fili, te oportet cognoscere ad ipsam curandam, quare multis modis nostris corporibus contingit, sicut ex morfu scorpionum, tyris, uipere, lactani, canis rabidi, uel alterius rei uenenosæ, & fili contingit ex potu & tactu illarum, quibus cito adhibenda est cura, ne pereant. Sume igitur fili quintam essentiam uini, uel quintas essentias, auri, croci, peoniæ angelicæ, ruthæ, raphani, & per seipsam da in potu patienti, & cito curabitur. ¶ Item fili, ut fortius sit antidotum, mitte quintas essentias rerum, scilicet dictami rubei, scopæ regię, quæ

quæ

quæ præ omnibus rebus quæ repugnant ueneno tenet principatū boli, gentianæ, cornu unicorni si potest haberi, uel ipsas res ponas in nostra quinta essentia, & dimitte stare per tres horas, & post da patienti & cito curatus erit, & hæc in potu detur, & ungetur ab extra locum infectum, & etiam totum corpus, & uidebis miraculi effectum in cura uenenorum.

¶ Canon 9. Qui te docet curam contra humores infectos corporis nostri, & contra calefactiones, pruriginis & pediculos.

FOmentum generationis pediculorum, pruriginum, & calefactionum in humano corpore, est humorū corruptio & humoris infectio & putrefactio. Homo enim, qui istas infirmitates habet inquietatur, & est anxius & non cessat se scalpere, & in nulla re placitum sumit. Ideo quæ fili, nulla res est in mundo, quæ potius infirmitatem hanc curet quam illa, quæ corpus conseruat à putrefactione quacumque, & humores corruptos consumit, & ideo cum nostra quinta essentia, si dederis eam in potu, & unxeris corpus ab extra, in paucos dies erit perfecte curatus, & potissime fili, si ad ungendum misces illi argentum uiuum, & ad potandum misce staphisagriam. Est autem fili notandum, quod quādo pediculorum cura est impossibilis, ut quando ratione peccati alicui personæ infligitur talis morbus, ut habes actuum sexto de Herode, quem percussit angelus, quia non dedit honorem Deo, & consumptus à uermibus expirauit. ¶ Item quidam Romanus Imperator à nullo remedio medicorum potuit liberari à pediculis, & consumptus ab eis expirauit, non autem de tali cura, sed de illa, quæ secundum naturam euenit, loquimur. ¶ Quæstio. Pater. Quomodo cognoscā, quæ est infirmitas naturalis, & quæ est quæ mittitur à diuino

o diuino

diuino iudicio? ¶ Solutio. Fili, potes perfecte cognoscere, cum quintam essentiam sibi administraueris cum competentibus, & nullum sentiet remedium, tunc perfecte pronosticari potes ipsum ad mortem peruenire sine fallacia, quoniam fili impossibile est, si morbus euenit à natura, cum administratione quintæ essentiæ, ut non sentiat perfectam meliorationem,

¶ Canon 10. Qui docet te remedium habere contra sperantem, ut infirmus reducatur ad perfectam salutem,

Apud uniuersum orbem, ille medicus reputatur esse maximus inter alios, qui in paucos dies sciuerit curare quartanam, quoniam infirmitas est magnæ prolixitatis, & est de natura terræ, nullus est medicus, qui cum honore exeat de cura illius. Si igitur hanc infirmitatem curare uolueris infra tres uel quatuor dies, da patienti in potu nostram quintam essentiam, & unge super re splenis, & erit perfecte curatus. Item si uis ut fortius operetur, adde illi quæ melancholiam purgant, quæ posuimus supra in cura dæmoniacorum, & administra patienti, & fortius operabitur, si addideris illi sauinam, quæ est arbor, quæ nascitur circa riuos, quia proprium respectum habet ad hanc febrem, in tantum quod si de succo illius instillaue- ris duas uel tres guttas succi dico calidi, & mittantur in ore infirmi, uel in aure tollit febrem illius.

¶ Canon 11. Qui docet curam perfectam contra tertianam.

Tertiana febris quædam uera, quædam non uera, in cognitione autem harum februm, quare doctrinam quam posuimus

posuimus in prædictis libris nostris, sed in cura illarum, quamuis sit differens apud modernos effectus, nos his cum una medicina generali remedium adhibere intendimus cōtra ueram tertianā, quæ est de cholera pura. Hanc adhibebis curam, scilicet quod accipias reubarbarum ad quantitatem ponderis duorum denariorum, & adhibe nostræ quintæ essentiæ cum uno pondere unius denarij scamoneæ puræ, & dimitte stare per tres horas, & da patienti ad quantitatem unius nucis plene per continuationem trium dierum, & erit perfecte curatus quilibet habens istam febrem, & quia in tertiana non uera miscetur flegma, adhibe huic medicinæ turbith, sene, & polipodium, & da patienti, & curabitur perfecte sine errore, si morbus fuerit à natura missus, hoc est quod non sit missus manu diuina propter aliquod delictum.

¶ Canon 12. Qui te docet curam in quotidianis febris.

Febri quotidiana, generatur ex corruptione flegmatis & ex abundantia eius, & ideo est uera quædam, & alia non uera, quippe causatur ex flegmate naturali. Non uera uero causatur ex flegmate non naturali, cum qua simul corrumpitur aliquis alius humor. Quæcūq; igitur sit febris ista, perfecte curatur cum nostra quinta essentia per se sola, si dederis in potu per spacium dierum trium. Si uero addideris res quæ flegma purgant quas supra in areolis inuenies, erit mirabilis effectus. ¶ Item si addideris huic quintæ essentiæ per se herbam quæ dicitur mercurialis, erit medicina fortius operans. Experimentum enim est, quod si de succo sumas illius, & instilla ueris tres guttas in narem dextram, uel aurem patientis, tollit typum quotidianæ, hoc idem faciet si cum medicinis flegma
o ij pur-

RAIMUNDI LULLII

purgantibus addideris illam nostræ quintæ essentiæ.

¶ Canon 13. In quo continetur scientia ad curandum omnes continuas febres.

Fili, febris continua multiplex est, quædam fit de sanguine, & ista diuiditur in partes duas, quædam enim fit ex multitudine, & quædam ex corruptione illius. ¶ Item quædam fit de colera, & ista diuiditur in alias duas partes, quia quædam est, quæ fit circa regionem cordis, alia fit in cerebro. ¶ Item ista quæ est in cerebro diuiditur in duas partes, quia quædam à parte ante, alia à parte retro. ¶ Item fit ex flegmate, & ista diuiditur in partes tres, scilicet in minorem, mediam & maiorē. Prima uero febris sanguinis una dicitur sinochus, alia dicitur sinocha. ¶ Item febrî cholerae, una dicitur caisson, alia dicitur frenesis, & alia quæ fit à parte retro dicitur litargia. ¶ Item alia febres flegmatis enutriuntur. In febribus enim sanguinis oportet flebothomiam præcedere & postea ut applices illi nostram quintam essentiam cancrorum fluuiialium & camphoræ, uel ut misceas ista ad nostram quintam essentiam, & des infirmo ut exhalet febris & inflamatio. ¶ Item febrî cholericæ applica nostram quintam essentiam cum rebus, quæ refrigerant tam in potu quàm ad extra liniendo, & etiam cancos fluuiales cum eis simul addes & camphoram. Item febrî flegmaticæ applica nostram quintam essentiam cum rebus, quæ purgant flegma, quas eliges ut in tabulis primi libri. Sed in febre quæ fit à parte retro capitis competit illi nitio nostræ quintæ essentiæ mixtæ cum rebus calidis, & quod in potu dentur refrigeratiua. ¶ Item si omnibus istis antedictis miscebis quintam essentiam sanguinis humani extractam per doctrinam canonis primi libri, quæ incipit. Non præter

præter

prætermittam &c. effectus miraculosos facies in cura istarum februm, & ista tibi sufficiant.

¶ Canon 14. In quo continetur scientia contra febres pestilenciales,

VT scias curam illarum, cum nullus medicorum sciat his remedium adhibere, cum pestilentibus febribus nullus modernorum præter unum sciuit adhibere remedium utile, ex eo quia ignorant naturam. Tu igitur fili cum Christi adiutorio patienti adhibe nostram quintam essentiam per se solum ad quantitatem unius seminucis, plene & perfecte curabitur. Si autem fili uolueris fortiozem facere medicinam, pone in nostra quinta essentia quintam essentiam gentianæ, dictami rubei, gariophilati, boli armeni, castorei, scopæ regiæ & ruthæ syluestris, & de ista medicina mirabili da patienti, aut appone istasmet res in nostra quinta essentia, & in tres horas applica patienti, & cum gustauerit de ista medicina mirabili radius uitæ ascendet ad cor, qui aerem infectum expellet, unde fili dicimus tibi in ueritate, quod postquam gustauerit securus erit, quod non periclitabitur ex illa febre, si infra unam diem succurres infirmo.

¶ Canon 15. In quo continetur scientia in uera cura spasmi.

Spasmus est multiplex, quidam est ex repletionem, alius ex inanitione, alius qui superuenit in uulneribus, qualiscunq; sit, mortalis est. His ergo succurrendum est cum potu & illinitione nostræ quintæ essentia. Si addideris nostræ quintæ essentia res humidam, quas sumes de tabulis primi libri. ¶ Item summa cura est in hac infirmitate, si prouocaueris febrem,
o iij quam

RAIMVNDI LVLLII

quam sic prouocabis, scilicet quod assumes herbam: quæ dicitur flammula, & misce cum nostra quinta essentia, & dimittas stare per tres horas, & unge & frica fortiter arterias & spinam dorsi, & cooperi multum bene cum pannis, & eueniet ei statim febris, postquam uenerit ei febris spasmus curatur, tunc labora ad curandum eam cum carnibus cancrorum fluuiialium mixtis nostræ quintæ essentiæ, dando in potu, & ungendero corpus ab extra. Si uero præcedens spasmus fuerit ex inanitione, comedat infirmus, si uero ex nimia repletione da sibi dietam. Si autem fuerit superueniens uulneri, cõforta uulnus cum ferro ignito prius, postea cum putrefacientibus, postea cum carnem nasci facientibus, omnibus istis mixtis cum nostra quinta essentia.

¶ Canon 16. In quo continetur scientia qualiter administrari debent medicinæ laxatiuæ, & quomodo possit curari sciatica, podagra, & omne genus guttæ.

AB origine orbis uniuersa philosophorum multitudo indagare non desinit modum administrationis medicinarum laxatiuarum. Primo ut non interficiant. Secundo ut non faciant uirtutis casum. Tertio ut sine periculo agant in partibus remotis, & ab illis partibus humores corruptos adducant. Tēpera igitur fili mi dictas medicinas cū nostra quinta essentia, & nō potes in cura tua errare. ¶ Iam tibi sæpius diximus, quod anteq̃ administras proportionatam huic dolori uel illi, quod dimittas stare illas medicinas, quæ aspectum habent ad illam, prius per tres horas in illa, postea administra patienti. ¶ Quæstio. Pater. Quare præcipis laxatiuas cū quinta essentia administrari, cū omnis uirtus rei cuiuscq̃ in centuplo magis augmentetur ab ipsa quinta essentia q̃ sine illa, & si hoc pater est

est

est uerū, nulla medicina tribuatur alicui sine mortis periculo?
Solutio. Fili, præcipimus tibi administrare medicinas laxatiuas cū nostra quinta essentia ad finem, ut melius & fortius materia peccans à corpore extrahatur, & ad finem, ut tibi fili non impediatur tantæ expensæ. **Item** Fili, in hoc quod dicis ratione uirtutis centuplatæ, quod applicari nō possunt sine corporis periculo, dicimus fili, quod non est tibi necesse, ut administres in tanta quantitate, sicut administrantur ante applicationem nostræ quintæ essentiæ. Exemplum, si de aliqua medicina laxatiua ministrētur in quantitate unius dragmæ, ministratur de quinta essentia laxatiua pondus unius aræ, uel si ministratur pondus unius 3. detur de quinta essentia pondus unius dragmæ, & sic de alijs ponderibus aliarum medicinarum laxatiuarum secundum suum modum, & sic potest nostra quinta essentia administrari sine damno & periculo. **In** cura aut unius guttæ summæ bonitatis Deus creauit nostram quintam essentiam, & quintam essentiam sanguinis humani, quæ libet enim per se, & ambæ simul curant omnem febrem, si dederis in potu, & unxeris locum patientem. Si autem uis ut fortius operetur, adde istis quintis essentijs quintam essentiam ebulli, uel ipsum ebullum mixtum cum dictis quintis essentijs, & in tres horas applica in potu, & unge ab extra, & infra modicum tempus curabitur perfecte, nam herba ista à tota proprietate curat omnē guttam, si cocta cū uino supponatur loco patienti sic calida, & in modicum tempus uel dies curat ipsum patientem.

Canon decimusseptimus. Qui docet te qualiter potes te habere in omnibus curis chirurgiæ secundum quod fuerit possibile uulnera per naturam reparare.

Fili

Fili, sumus de intentione hic, in summa una breui dare tibi doctrinam generalem in curis chirurgiæ, hoc est qualiter potest curari cū nostra quinta essentia. Fili, caput multo tiens percutitur cum ferro, & oportet uti medicinis. Chirurgicus quærat subtiliter cū ferro suo & cum digito, si est aliquod os submotum, ut possit confestim trahi, trahatur statim, & si aliquod manet fixum cum carne, tamen est fractum, ponatur sibi per dies oui vitellum cum oleo rosaceo, donec caro putrefiat & os eleuetur, tunc curetur cum quinta essentia consolidatiua, & cum illa, quæ carnem facit crescere. Si ictus sit talis quod cutis non frangatur, tamen os fractum fuerit à parte intus, quod potest cognosci per dolorem capitis ingentissimum & nausea aperiat ad modum cutis, euellatur os statim, si potest euelli, si non ponatur illud putrefactiuum, donec caro retinens illud euellatur per putrefactionem, & os exeat. Si uero os capitis fuerit fixum, ponatur de quinta essentia consolidatiua, quæ infra quinque dies perfecte consolidabit os. Si uero dura mater fuerit scissa, mittatur supra de dicta quinta essentia, quæ est ingentissimæ consolidationis, & potest filii cognosci scissio duræ matris per pustulas in labijs, sed statim, quia si detur sibi palea ad scindendum cum dentibus, non potest præ magno dolore. ¶ Item quia habet faciem plumbeam. Item si pia mater scissa fuerit, uel quouis modo alio taliter, quod sequatur in ipsa continuitatis solutio, quod potest cognosci per nauseam sequentem dolorem ingentissimum, & coruscationem lampadum & tonitruorū, quod sciri potest per iudicium patientis, & per plumbeitatem, & oculorū turbationem & c. fiat illi curatio cum eademmet quinta essentia consolidatiua, quæ præ oculis demonstrabit tibi consolidationem deinde cura uulnus cum quinta essentia, quæ facit carnem crescere. Item in alijs membris si sit percussio ab ense, & scinditur caro, ue-

ro, ue-

ro, uenæ, nerui, & os, succurratur igitur prius cum igne terben-
tinae & olei, & cum uino quintæ essentia mixto, & retineatur
sanguis, & deinde si fuerit os taliter submotum, quod inconti-
nenti possit extrahi, extrahatur, deinde ponatur sibi stuppa
cum albuminibus ouorum mixtis cum modico nostræ quin-
tæ essentia. Deinde in secunda cura uideatur, si est aliquod os,
& si incontinenti potuerit expelli, expellatur, si nō, ponatur si-
bi stuppa balneata in aqua, cui admisceatur unum modicum
quintæ essentia, & postea cum uitello oui iam dicto intromit-
tatur, donec os possit extrahi, postea uulnus curetur, sicut de
alijs dictum est. ¶ Aliquando Fili, fit in corpore ictus aliquis
cum sagitta, uel cultello, uel cum monili, uel ense armorū, ta-
liter quod uadit profunde nimis, & os est strictum. Si autem
talis ictus fuit in cerebro, non potest curari, nisi cum miraculo
diuino. Si uero non tetigerit craneum, cum cerebro, curetur
talis ictus, sicut de alijs diximus. Si autem fuerit in pectore, uel
inter spatulas, & tangat membra spiritualia, ponenda est solū
quinta essentia, quæ sanguinem restringit, postea curetur cum
galla inuoluta in quinta essentia consolidatiua, & in quinta
essentia, quæ carnem nasci facit. Si enim ictus fuerit in alijs
corporis partibus, statim succurratur cum terbentina cali-
da mixta cum oleo, & cum quinta essentia, deinde ponantur
sibi prædictæ stuppatae, & curetur sicut in alijs dictum est.

¶ Fili, nota unam regulam generalē. Omne uulnus nouiter
factum in quacuncq; parte corporis, præterquam in capite &
in uultu & in membris spiritualibus, est cum igne comburen-
dum. ¶ Item omnis percussio facta in quacuncq; parte corpo-
ris, præterquam in capite & in uultu, si fuit profunda, præterq;
in naso, est cū filo suenda. ¶ Item omne os fractum cum per-
cussione à petra est extra ducendum. Si uero percussio nō fuit
à petra nō est euellendum, imò est sibi ponendū cathaplasma,

p &

RAIMVNDI LVLLII

& per os sibi tribuat in potu quintā essentiā, & infra modicum tempus erit perfecte sanus. ¶ Itē si ex percussione uiscera fracta & rupta fuerint, ponatur interius canonus cannæ, qui ingrediatur per uim, & trāseat ultra uulnus ex utraq; parte per duos digitos, deinde suatur cum filo serico & cum acu subtilissima, deinde mittatur intus, et per superficiē uisceris rupti, perinde sutum est, ponatur de quinta essentia cōsolidatiua, demum pars exterior suatur cōsimiliter, & ponatur de quinta essentia consolidatiua, & curetur sicut de alijs dictū est. ¶ Item Fili, si ratione percussione manserit signum magnū sicut multotiens cōtingit in facie & in alijs partibus corporis, cum hoc poteris ei signum remouere non omnino, sed quod non uideatur ita magnum, & appareat modicum radix masticiis ʒ 4. costarū, malorum granatorum dulcium ʒ 2. gummi ʒ 2. croci ʒ 1. cyperi ʒ 2. carpobalsami ʒ 2. terbentinae lib. 2. olei oliuarum antiquissimi ʒ 4. pulueriza puluerizāda & cribra, & in pasta cum terbentina & carpobalsamo, & pone ad distillandum ad lambichum uetri simul cum oleo ad ignem lentum, & collige illud quod distillauerit in receptorio, & postea cooperi eum, & pone receptorium in fimo, uel in fima uinatia per quatuor dies, & postea extrahe & utere illo sicut fit cum balsamo in signis iam dictis, nam potest fili pro balsamo uendi ad omnem probationem. ¶ Item fili mi, in apostematibus quibuscunq; utere quinta essentia putrefactiua, sedatiua doloris & mundificatiua, & illa quæ carnem nasci facit & cutem. ¶ Item fistula, cancer plaga, curantur cum quinta essentia corrosiua prius, postea cum mundificatiua, postea cum illa, quæ nasci facit carnem, & ista sit regula generalis in curis Chirurgia. Et ista fili tibi sufficiant causa bonitatis,

58

DISTINCTIO TER=

TIA DE TRANSMVTATIONE

metallorum in aurum & argentum.



HÆC est tertia distinctio huius libri, quæ est de cura metallorum in compositione lapidis philosophorum in opere maiori & minori. Et ratio seu intentio, quare istius distinctionis artem reuelauimus, ut uiri Euangelici, de quibus dictum est supra, intelligere possint Testamentum & Codicillum, scilicet quod per illorum processus & considerationes uera habeatur cognitio de lapidis compositione & metallorum transmutatione. Nam in arte illa plura posuimus principia, ut per illa & per alia cum omnium scientiarum perfectione, Deum intelligant, ament, & recolant, & per eam tempore modico habeatur uera de metallorum transmutatione cognitio, & etiam ut artista huius artis scrutari possit, secreta naturæ artificialiter, secundum conditionem principiorum huius artis, & ut euentur truffæ & figuræ quorundam falsorum philosophorum, sub quibus secretum illud occultauerunt taliter, ut humanus intellectus exinde fructum & finem haurire nequeat, improbando & arguendo dicta eorum, tanquam reprobata & circumuentibilia & nullius utilitatis, sed sui contrarij causatiua, inter quos reprobamus Hortulanum, Archelaum, Alexandrum, & in aliquibus Gebrum, & etiã Auicennam, & Albertum. Qui artem multis truffis & figuris inuoluerunt. Ex quo notare debes, quod scriptura quæ usui nequit intelligi, pro non scripta censeatur, quare dico tibi omnino de eorum dictis & scriptis non curare ullo modo.

p ij De

RAIMUNDI LULLII

De principali diuisione, in Theoricam, scilicet & Practicam. Et primo de diuisione triplici ratione theoricæ usq; ad practicam eius.

ET præsens distinctio diuiditur in duas principales partes, scilicet theoricam & practicam. Et in theorica tria facimus. Primo damus declarationem principiorum. Secundo ipsa declaramus per operationes naturales quas habent. Tertio ponimus intentionem, quare quodlibet eorum positum est in arte, & illum modum tenere intendimus in principijs arboris philosophicalis, & in principijs figuræ circularis. Et in practica declarare proponimus, qualiter ista principia cōbinantur, & hac ratione datus est modus operis maioris per arborē. Et una tabula est ex ipsis abstracta & à figura indiuiduorum, & etiam per figuras tres, quarum una est circularis, alia triangularis, alia uero quadrangularis, mixta cum principijs philosophiæ, & operis maioris, modos per figuram circularem, & omnes alias tabulas suo loco designabimus, & etiam quæstiones quas in fine describemus, iuxta quas uidebitur, Vtrum transubstantiatio sit possibilis, & etiam qualiter, & in modico tempore, de quo potest fieri argumentum, ut per ea quæ dicta sunt artista huius artis inueniat particulare, quod quaeritur. Et penes istas res consistit totum magisterium huius artis, & sunt 34. quæ sunt Chaos, materia prima seu uinum, forma uel materia uniuersalis &c. ut patet per circularem figuram radicis arboris, & figuram circularem S, & non dicimus figuram ipsam principia esse regulata secundum aliqua quæ sunt, quæ bis repetuntur ut supra. Præterea reducibilia sunt omnia corpora ad illud quod à dictis principijs ducit ortum, in quo quidem attingunt perfectionem, sicut cōpositum in simplici ad quod naturaliter se mouet, sicut ferrū ad Adamātem.

De

¶ De alphabeto & eius literarum significatione.

PRæterea in arte ista alphabetum consignauimus, & per quamlibet literam suum significatur principium, ut inde artem compendiosam reddamus, quod quidem alphabetum tale extat. **A** significat Chaos. **B** materiam. **C** formam. **D** cœlum, ut patet in radice arboris philosophicalis. Et in figura **S** circulari, **A** significat formam, **B** materiam, **C** corpus, **D** lunariam, **C** calcinationem, ut patet in figura dilucide.

¶ De constitutione radice arboris philosophicalis, quæ est rota in hoc capitulo.

PRæterea ex principijs ante dictis constituitur radix arboris philosophicalis, quæ est una rota, in qua quidem quodlibet principiorum rotulam habet propriam, in qua est situm ex diuersis coloribus. Et hæc sunt, quæ quidem conditionantur in ingressu particularis quod queritur. Et ex principijs secundarie positis constituitur, quædam figura circularis, in qua consimilitudinarie quodlibet principiorum rotulam habet propriam, quod designatum est sub eodem themate coloris, & antedicta principia, modo circulari designamus, ut intellectus cognoscat quodlibet secundum suum modum in altum ingredi, de uirtute quorum & operatione constituitur & indiuiduatur unitas **M** uel **Q**, quod quidem **M** uel **Q** habet uirtutem unam, de omnibus principijs ortam, & hanc uirtutem per proprietatem tenet in se **Q** uel **M**. de una uirtute substantiali, quæ multiplicatur in multitudine dictorum principiorum ratione cuius habet in se multiplicationem operationis, in substantijs quæ sunt extra, & hæc designatur per lineas transuersales in arboris radice constitutas & per processum

p iij arboris

RAIMVNDI LVLLII

arboris, & dictæ figuræ circularis, ut dicetur in suo loco, infra.

¶ De mixtione principiorum huius artis & fundamento
& declaratione eorundem.

PRæterea ista mixtio est radix & fundamentum in hac arte, ut per eam intellectus cognoscat se artificionatum, ut per ipsam acquirat artem & modum operandi manerie multi moda secundum conditionem mixtionis taliter, ut inde particulare quod quæritur de potentia ueniat ad actum & quidditatem. Nam per ipsum intellectus cognoscit modum, secundum quem substantia spiritalis oritur, & crescit & uiuit & nutritur, Tamen sciendum est, quod substantiam prælibatam deduci de potentia ad actum minime est possibile, si aliquod dictorum principiorum deficiat, uel si sit habituatum de fine contrario, ut si pro uino capiatur aqua, & pro cælo terra, & digestio sit habituata de cruditate, quod fieri potest si ignis per actum in administratione deficiat. Est etiam notandum, quod istorum principiorum quædam sunt intellectualia, quæ sunt Chaos, potētia, generatio, operatio, & digestio. Quædam uero sensualia, quæ sunt uinum seu prima materia, corpus seu forma, elementa, perfectum ens, uenenum transformans, colores, fermentatio & separatio. Sensualia autem & intellectualia sunt, Cælum & omnia principia figuræ S. Præterea quodlibet istorum principiorum retinet suam propriam prioritatem, sub sua propria ratione differenti. Quarum quidem prioritatum, aliæ sunt naturæ, aliæ perfectionis principia. Nam quæ prioritatem retinent naturæ, sunt uinum seu quodlibet principiorum in figura indiuiduorum, & quæ habent se tanquam forma uniuersalis, & materia prima ratione prioritatis antedictæ. Et ex istis duobus oriuntur omnia alia principia mediante

diante

diante artista sicut à forma uniuersali, & à materia prima oriuntur composita elemēta mediante uacuo. Reuera materiam hanc primam declarare proponimus circa principia arboris philosophiæ incipientes ab ipsa tanq̄ à digniori & altiori magisterio in opere philosophico. Et primo de primo principio.

¶ Secunda pars Theoreticalis, quæ est declaratio cuiuslibet principij per operationes naturales. Et primo de principio primo radicis arboris philosophicalis quod est Chaos.

CHaos est primum principium in radice arboris philosophicalis, & est designatum per (a) in medio rotæ prædictæ radicis, & dictæ arboris positum, & designat in hac arte confusionem & obscuritatem illius, nam ualde confusa est & obscura intellectui ignorantiam illam, adeo ut aliqui illam tanquam Chimæram censeant. Et plures sunt, quorum intellectus confunditur, quàm quorum lucefcit. Ideoq̄ principium designare proponimus, ut sit signum demonstratiuum confusionis, & obscuritatis illius. Et etiam designat quod est confusio generalis, in qua omnia ista principia circumcirca existentia in ipso sunt in potentia. Vnde sicut natura in prima materia constituit elementa, ita quadrangulus liuidus, scilicet g s constituit ipsa principia & abstrahit ab ipsa apponendo intellectum possibilem cuiuslibet eorum sub ratione propriæ differentie, sicut & natura quodlibet elementorum, sub ratione differentie qualitatis, & operatione reolenda &c. Quod sicut & ipsa natura instrumentum facit, de dictis quatuor elementis, cum quibus componit substantiam elementatam. Sic quadrangulus iam dictus, de principijs ante dictis instrumenta facit, cum quibus scandat ad magisteriū particularis, quod
quæri-

R A I M V N D I L V L L I I

quæritur, & cuius inuestigatione referatur ueritatis artificium abstractum in natura. Nam sicut natura existit medium inter elementa, & elementata, ita & artista huius artis est medium inter A, & alia dicta principia, & M uel Q, in dicto quadrangulo intelligens fore possibile, & affirmabile M uel Q, in actum deducere mediantibus B C D, & cætera. Et ideo per modum & motum quem facit artista mouendo principia secundum quod referunt M uel Q, uenit in esse per ordinationem principiorum, quæ supra ipsa existunt. Positum est autem hoc principium in hoc loco, ut ex eius confusione intellectus sciat abstrahere dicta principia, sicut ab uniuersali abstrahitur particulare, tangendo quodlibet principiorum cum speciebus differentia, quibus inconfuse quodlibet cum alio commiscetur, & combinare facit, ut inde oriatur particulare quod quæritur.

¶ De secundo principio radicis philosophicæ arboris.

Materia est principium sensuale, & est secundum principium arboris philosophiæ per B significatū, & in isto loco desideratur dupliciter, secundum quod duplici modo de ipso cognitio habetur. Primo modo consideratur pro, ut est B, quædam ratio passiuæ, quæ patitur sub actione artistæ, per motum aliquorum principiorum intellectualium & sensualium, quorum actione D oritur ex B. Dico hoc, ut patet clare in prima distinctione in secunda parte istius distinctionis in capitulo, Non reputes me mendacium protulisse in §. Accipias uinum &c. usq; in finem capitulo, & quoniam ibi satis est tractatum, hoc resumere hic non curamus, ut uitemus prolixitatem. Alio modo consideratur materia pro quolibet corpore ægrotorum metallorum, & hoc ideo, quia sunt passiuæ sub forma quæ

ma quæ

ma quæ est M uel Q, sicut res elementales sub forma patiuntur uegetabili. Et etiam potest considerari materia in arte ista sicut c uel ©, quod uno modo existunt tanquam materia, id est sub ratione passionis. Alio modo sub formali ratione, ut dictum est in ipsorum declaratione. Et idem dicitur de D, quæ patitur sub dicta ratione, quare formatur per illa in tinctura rubea uel alba, & habet se tanquam forma in quantum mouet dictum c uel © ad M uel Q, ut patet in eius declaratione. Et in isto passu cognoscit intellectus, quod una & eadem ratio sub diuersis rationibus se habet, scilicet sub ratione passionis, & sub ratione actionis. Positum est autem hoc principium in arte ista, ut artista cognoscat materiam, ex qua oritur D, ad noticiam sui operis. Et ut quælibet materia sub sua propria differentia sit cognoscibilis, ut intelligat B, quod regulare debet artificium in opere nostri magisterij, & nostri infantis.

¶ De tertio principio arboris radicis philosophicalis.

Forma est tertium principium in radice arboris philosophicalis, designatum per C, quod quidem dupliciter consideratur, & in hoc uolumine positum est causa dirigens huius artis principia, cuius regulatione M uel Q, oriatur & deducatur in esse mouens principia sensualia, & instrumentum faciens cum quo intellectualia principia mouentur & regulantur in operatione M uel Q. Et talis forma est artista huius artis, cuius occasione diriguntur principia huius artis successiue ad dictam operationem, & in isto passu cognoscit intellectus quod principia occasionatiua concordantiam habent cum principijs naturalibus, ut in ista arte patet ad oculum. Quæ quidem principia sunt similia principijs medici & sirupi, seu pillularum siue electuarij. Et etiam principijs infirmitatis quæ
 q stant

RAIMVNDI LVLLII

stant iam actu in corpore infirmo. Et principijs sanitatis, quæ sunt in eadem potentia. Alio modo consideramus formam prout est forma dans esse M uel Q, quæ forma est ad solem uel ad lunam, quæ quidem M uel Q, forma est solum per modum ipsum uel ipsius. Et cum ipsa existit efficiens principium, ac formans & transmutans omnes alias formas minoris uirtutis & potentiæ, existens in substantijs extra formam suam propriam, & ista forma est illud, quod designatur per c uel ©. Præterea notandū est, quod nisi ista forma sit M uel Q, per prædictorum principiorum motum, & cum ipsorum sit unum idem in numero tertio & ultimo colore, & esse quod quærimus non fiat. Et in isto passu cognoscit intellectus. Quod dictorum c uel © potestas tantummodo per se, maioris operis magisterium existere nequit, ad quod in mixtione cum altera operatur. Positum est autem illud principium in radice arboris philosophicalis seu in arte ista, ut operans reddatur artificiosus ad cognoscendum unum principium qualiter formaliter mouet alterum ad M uel Q, & ut cognoscat dictum c uel © esse dictam formam ad informationem dictorum M uel Q, cum qua & per quam, id quod quæritur in actum deducitur, & in absentia eius M uel Q, de potentia in actum non potest deduci. Et per quem id, quod quæritur nō fiat. Valde utile est illud principium ad cognoscendū, quoniam per ea quæ ostensa sunt de ipso intellectus cognoscit ipsum esse de duabus substantijs unum, ex quibus noster infans gignitur, habens sub se masculi conditionē à quo sperma oritur in uentre nostri D.

¶ De quarto principio radice arboris philosophicalis.

Coelum seu noster Mercurius est quartum principium in arte ista, & est intellectuale, & significatum est per D coloris

loris

loris lazurini & linea eiusdem coloris, & per istum colorem significatur quod est coeleste & de natura coelesti, ut plene diximus in distinctione prima, in prima parte, in capitulo, Sicut coelum &c. & in secunda parte in capitulo, Non reputes me in §. Nam diuino aspiraculo &c. circa finem, & multa capitula in parte huius uoluminis. Et intellectuale istud hic dicimus ratione incorruptibilitatis & durationis, & hoc per angulū concordantiae seu per omnes rationes B C D, huic rationi applicatas, sic de intentione quae per ipsum D dicimus intelligere cum isto non est difficultas, sed intellectus cognoscit, quod est tanquam homo qui est intellectualis & spiritalis, uel est menstruum uel liquor uegetabilis, cū quo dissoluitur, uel est aqua ar. rectificata & acuata cum uegetabilibus, cum qua fit dissolutio metallorum naturalis, ut est q;e: qualificata orta à uino, & secundum definitiones iam dictas menstruum est in uegetabilibus & mineralibus. Menstruum quod est in uegetabilibus, est liquor cum quo dissoluuntur metalla, & menstruum quod est in mineralibus dissoluitur à uegetabili. Primum dicitur aqua ar. acuata, secundum dicitur argentum uiuum de essentia metallorum. Et ex istis duobus tanquam natura componitur lapis quiuis tam philosophicus quam preciosus. Fili, menstruum uegetabile habet naturam, sicut menstruum mulierum, ex eo quod in uentre eius euenit menstruum minerale per dissolutionem, & cōponitur artificialiter, sicut natura uult. Nam habet in se proprietatem spiritus incorruptibilis, qui est tanquam anima, & habet in se condiciones corporis, quoniam generat & producit ex se semen tanquam foemina, & in hoc differt ab alijs principijs, & etiam est sensuale, quoniam per sensum attingitur, sicut per uisum, gustum & odoratum, ut dictum est in prima distinctione capitulo secundo. Præterea est causa & principium mouens c uel © in potentia

q. ij. ad

ad actum, regens prædicta, & gubernans in uentre suo sicut mulier infantem, quem in a ☉ procreat in matrice. Et in isto passu cognoscit intellectus artista, quod D actionem habet super c & ☉ regens & gubernans, & reducens in actum quem admodum cœlum illud, quod existit in rebus elementalibus motu proprio deducit ad actum. Equidem in ipso D est uirtus generatiua progressibilis & nutritiua, quemadmodum sanguis menstruus in semine masculino. Et huius occasione multis nominibus ipsum D nominamus in ista arte, & etiam per totum hoc uolumen. Nam ipsum dicimus cœlum superius ratione sui motus, quoniam sicut cœlum superius mouet uniuersalem formam & primam materiam, & elementa & sensus ad componendum elementata indiuidua, ita D mouet c uel ☉, & quatuor elementa, & inde ad M uel ad Q, & hoc uult secunda species regulæ formalitatis, & quarta species quidditatis. Et quandoque nominamus ipsum D sanguinem menstrualem, siue menstruum, quoniam ipsum est generatiuum & nutritium & crescere facit dicta c uel ☉, usque quo conuertantur in M uel Q, quemadmodum sanguis menstrualis embryonem tam modicum crescere facit per quantitates discretas successiue nutriendo & alterando quodlibet principium in alterum, & quamlibet quantitatem in alteram, & quamlibet formam in alteram principijs & quantitatibus existentibus in qualibet alteratione, sub diuersis formis à primis formis ipsis existentibus differentibus à primis quousque oriatur quoddam ens, in quantitate continua constitutum per plures quantitates discretas, quod est corpus ex spiritu, & anima reductum in actum, & sic est de nostro infante. Et in isto passu cognoscit intellectus, nostrum D proprietatem habere uegetabilem, cuius similitudine transmittit in M uel in Q, sicut uegetatiua matrix, quæ transmittit similitudinem suam in filium quem generat, quam proprietatem

tatem

tatem illius retinet sicut mater. Et cognoscit etiam dicta M uel Q, proprietatem retinere, cum qua extendit suas similitudines in substantijs, & transmutando dictas substantias, in suam speciem, ratione cuius nominamus ipsum Mercurium uegetabilem, & etiam, quia à uegetabilibus est extractum. Positum est autem istud principium in arte ista, ut intellectus attingat, & deueniat ad ipsius noticiam, & cognoscat operationem, & uirtutem & qualitatem quas habet, secundum suam propriam essentiam & naturā. Valde utile est igitur hoc principium in ista arte ad cognoscendum, quoniam intellectus cognoscit actus deduci. Nam & solum ratione sublimitatis suæ Hermes pater philosophorum uocauit ipsum lapidem philosophorum. Et potest artista intelligere. Quod de duabus substantijs, ex quibus noster lapis componitur, & per quas est genitus, hoc scilicet D est principalius. Et cognoscit etiam hoc principium fore, tanquam mulier & foemina concipiens masculinum semen, & pariens in altera forma & uirtute, quā inerat in initio. Reuera potes notare, hoc etiam esse de principalioribus principijs in compositione seu confectione, & magisterio Perlarum quæ cum eo euacuantur, dissoluuntur, digeruntur, coagulantur, & limpidificantur usq; ad omnem perfectionem. Et hoc quod iam dixi de perlis, etiā fieri potest cum liquore exuberato, quod est argētum uiuum uulgi, in quo iam abundat absq; aliquo materiali, quando cum eo incorporatur. Fieri etiam potest cum liquore flegmatis Mercurij per se & ad distillandum ponatur, tamen ista aqua non est tantæ uirtutis, sicut alij Mercurij. Alio modo quod capiatur & qui trituritur de ista materia, hic nō plus dicere curamus. Nam earum modus specificatus est in libro, qui dicitur Lapidarius.

¶ De quinto principio radicis arboris philosophicalis.

q iij Element

R A I M V N D I L V L L I I

Elementum est aliud principium, dictæ radicis arboris
 philosophicalis, & est significatum per E, & est scriptum
 literis 4. colorum, & hoc est ad demonstrandum differentiam
 quæ est inter unū & aliud, & est per colores específicos, & per
 quantitates naturales designatū, quas habēt. Et istud princi-
 pium consideratur in arte ista quadrupliciter. Primo, quod
 istud E oritur cum D, à litera B, supra dicta, per modū, quem
 supra notauimus in prima distinctione in parte 2. illius di-
 stinct. ca. 1. in §. Accipies &c. Secundo modo consideratur,
 quod D, posito in suo uase, pro ut significatur suo capit. Et ut
 sic dictum E separatur, & recedit à litera D, descendendo ad
 partes infimas, & de superiori materia à suo modo, ut notatur
 in dicto capitulo in §. Nam ex diuino inspiraculo &c. Alio
 modo debes intelligere dictum E, secundum quod significa-
 mus in ipsa arbore, quod ingreditur cum c uel © in D, scilicet
 ipsis c uel © habentibus dictum E, secum naturaliter. Ex quo
 quidem E, ipsa c uel © composita existunt, absq; eo, quod di-
 ctum est E, sit diuisum à dictis c & © per magisterium capitu-
 li, Non prætermittam &c. in 2. parte primæ distinctionis per
 totum. Alio modo per ante dictum principium intellectus in-
 telligit ipsum separari à literis C, D, F, G, H, I, per dicti
 capituli magisterium sermone tertio. Et ex dicto principio
 tantum s uel r sumi & exaltari per magisterium primi capi-
 tuli secundæ partis primæ distinctionis, capitulo, ut in di-
 cto. Accipies. Et, s, q, secundum suum modum combinare,
 & miscere, cum dictis c uel © & D, & iste modus specificatur
 infra, in tabula & lectura eius, quæ tabula dicitur tabula per-
 fectionis in opere maiori. Et in isto passu cognoscit intelle-
 ctus, quod uno modo operatur magisteriū, per processum ar-
 boris philosophicalis. Alio modo per præfata tabulæ magiste-
 riū. Etiam per istud principium cognoscere debet artista ignem
 &

& aquam, quæ per accidens tribuuntur, ipsis c d, uel © d, uel c d s, uel d r s, in k, & hoc per balneum & lignorum applicationem. Positum autem istud principium est in arte ista, ut intellectus se condicionet ad intelligendum modum secundum quem ingreditur operationem particularem tangendū quemlibet modum cum c © c d in ingressu. Et sic intellectus de ipso habebit magnam noticiam. Valde utile est istud principium & eius cognitio, quoniam per ea quæ dicta sunt, cognoscit intellectus, quod absq; ipso minime posset practicare.

¶ De sexto principio quod est mixtio.

Mixtio est aliud principium sensuale in radice arboris philosophicalis, & significatur per G, quod scriptum est duobus coloribus, scilicet pallido & lazurino, ad significandū iuxta doctrinas arboris naturalis, quod c uel © & d, tantum modo misceatur absq; aliquo alio. Et nec aliud ens in illa commixtione cum eis non coadunetur, nec applicetur, sicut in initio conceptionis nihil aliud commiscetur, quàm masculus & foemina, nam per istud principium significatur, coniugium quomodo copulatur c uel © & d. Est & alia commixtio, quæ fit ex ante dictis c © & r s, de qualibet literarum istarum, scilicet de c d e f g h i, & d e b, sit secundum doctrinam tabulae abstractæ ab arbore philosophicali. Positum est autem istud principium in arte ista, ut cognoscat artista dictorum c uel © & d, coniugium esse aptum, & ut reguletur ad illud faciendum secundum suum modum, quem suo loco designabimus. Valde utile est hoc principium ad cognoscendū, quomodo per ipsum intellectus intelligit in illa substantia generari particulare, quod quaeritur intelligendo ad productionem dicti particularis ipsa necessario debere esse mixta & coniuncta, defe-
ctu

ctu

R A I M V N D I L V L L I I

ctū cuius coniugij, quod quæritur non fiat.

¶ De septimo principio radicis arboris philosophicalis.

Dissolutio est aliud principium in radice arboris philosophicalis, & est intellectuale, & est designatum per literam H. Et per ipsum designatur, quod masculus carnaliter cognoscit ipsam foeminam, & quod foemina concipit id quod concipere habebat, quæ quidem conceptio est ingressus principij in generatione particulari. Positū est autem istud principium hic, ut intellectus intelligat effectum, qui fit in dictis c uel ©, & d ratione prædicti coniugij. Et est utile ualde istud principium ad agnoscendum, quoniam per ipsum intelligit intellectus colligationem duplicis embryonis in ingressu particularis quod quærimus.

¶ De octauo principio radicis arboris philosophicalis.

Alteratio est aliud principium in ista arte, & est intellectuale, & designatur per literam F, & habet duplicem intellectum penes actiones duplices quas condit. Nam primo modo hoc designatum est, ut artista intelligat, quod c uel © alterantur in d, & d in c uel ©. Alio modo est eius intellectus, ut intelligat artista c uel © ita conuersa simpliciter, ut iterato conuerti, & alterari possint in tertium, quod est M uel Q. Positum est autem istud principium in arte ista, ad hoc quod intellectus cognoscat conuersionem simplicem, quæ fit inter subiectum & prædicatum, & econuerso quæ sunt c uel ©, & d in numero tertio, quod est M uel Q, & alterant & conuertunt substantias quæ sunt extra. Valde utile est istud principium, quoniam per ipsum intelligere potest artista, huius artis alterationes & conuersiones quæ fiunt simpliciter, & per artem,
de

de quibusdam substantiis in alias substantias, sicut inter c uel
 © & d, uel inter quodlibet dictorum c © d & d, de r & s, per
 actiones s t u z, quæ alterantur & conuertuntur in x uel y.

¶ De nono principio radicis arboris philosophicalis.

Digestio est alterum principium radicis arboris philoso-
 phicalis, & est intellectuale. Et habet hic artista huius
 artis, duplicem cognitionem de ipso, & est significatum per li-
 teram L. Nam primam cognitionem quam artista habet per
 ipsum, est quod intelligit ipsum esse necessarium in magiste-
 rio, eo quod repræsentat se in artificio huius artis, & quod co-
 gnoscit, & cognoscere debet, quod illud, quod conceptum ne-
 cessario habet digeri, sicut foetus in uentre foeminae, & mate-
 ria de qua fit pomum in pomo. Quoniam absq; digestionem
 foetus nunquam ueniret ad actum perfectum, sicut nec pomum
 ad maturationem. Igitur necessaria est digestio in opere suo,
 ut ipsa mediante oriatur illud quod queritur, scilicet M & Q,
 de c uel © & d, tantum digerantur quousq; conuertantur in
 dictum M. Præterea etiam si artista uoluerit, faciat quod M
 & d digerantur tantum quousq; conuertantur in Q. Et in
 isto passu cognoscit intellectus, quod una digestio est, quæ fit
 inter c uel © & d, ad M. Etiam quæ fit de M & D ad Q. Et
 per consequens alia mixtio, alteratio, dissolutio, generatio, &
 operatio. Quoniam secundum quod dicitur subiectum & præ-
 dicatum, sic dixerunt eorum principia non in finibus propriis
 perfectionis, sicut bonitas asinina, quæ ita bonificat cum suo
 bonificatore, sicut bonitas humana cum suo. Sed dixerunt ra-
 tione formationis. Quoniam bonificare humanum, format
 subiectum humanum, ex una forma, & bonificare asininum
 suum bonificabile ex altera forma, ut patet ad sensum. Et sic

r de

R A I M V N D I L V L L I I

de principijs intellectualibus, potest intelligi sicut alteratio, quæ est inter c uel ☉ & d, ad M, ita cum suo alterare alterat ipsa c uel ☉ & d, sicut alteratio quæ est inter M & d, & q, minime alterat ipsa M & d ad Q, tamen in ratione formatiua differunt, quoniam de primo alterare oritur quiddam formale quod est M, & de secundo quædam differentia quæ est Q. Nam Q perfectius est quàm M. Positum est autem istud principium in arte ista, ut intellectus intelligat rationes, quæ sub ratione digestionis possunt fieri, tangendo eas cum angulo differentia, & iudicium faciendo de qualibet ratione, secundum quod dictus angulus ibi condicionatur. Et istud principium etiam est ualde utile, quoniam per istam digestionem intelligere potest plures alias digestiones particulares fieri, quæ absconsa sunt in operatione huius artis, sicut in figura B, & in tabulis abstractis ab ipsa, & in tabula abstracta ab arbore philosophicali, & figura indiuiduorum & in opere lapidum preciosorum, sicut in opere Perlarum, & cæterorum lapidum preciosorum, in quorum operationibus seu cõpositionibus, sunt necessaria principia huius artis. Et cognoscit etiam artista huius artis, per istud principium administrationem ignis per accidens in operatione, sicut est ignis balnei uel fimi, & quod ipsum successiue debet continuare taliter ut decet, ut dictum principium habituetur de fine contrario quod est cruditas. Et in isto passu cognoscit intellectus, quod est maxima cautela adhibenda in administratione ignis, & quod in hoc totum pendet magisteriũ huius artis. Et designat color rubeus existens in medio inter croceum & lazurinum, & croceus & lazurinus designant prædictum colorem duci ad perfectionem M & Q. Nam hæc est regula generalis. Quod ubicunq; in principio aliquo huius arboris, positus fuerit color croceus, designat formam, seu c uel ☉. Et ubicunq; color lazurinus interfuerit designat

signat

signat nostrum D. Et si aliquis color steterit in medio, uel in principio partis præscriptæ, siue in fine designat illud esse medium coniunctionis, inter d & c uel © coniungens dicta c uel © & d, ad M, uel coniungens M & D ad Q.

¶ De 10. principio radicis arboris philosophicæ.

Generatio est aliud principium radicis arboris philosophicæ, & est designatum per I. Et hoc consideratur secundum condiciones, quibus condicionatur in nostro particulari magisterio. Nam primo consideratur prout est principium generans M uel c uel © & d. Secundo prout est generans Q ex M & D. Et hoc cognoscit intellectus tangendo dictum principium, cum angulo differentie cognoscendo quamlibet generationem per propriam differentiam clarificari & non confundi ab alia, & per genus cognoscit genita earum, quodlibet esse clarum & inconfusum ab alio. Quoniam sicut formæ differunt inter se, ita necessario habent differre formata. Alio modo consideratur istud principium prout incipit & dissolutione & transit per alterationem & digestionem & finitur in M, in quo attingit finem perfectionis, aut in Q, in quo & eundem finem consequitur. Et in isto passu intelligit artista magisterium cur Q, infra uas philosophorum magis per naturam consistat quam per artificium. Nam tibi dico, quod taliter generatur infra uas sicut foetus intra uentrem, & matricis clausuram. Positum est autem istud principium in arte ista ut artista intelligat, quare ipsum condicionatur, in priori particulari magisterio tangendo ipsum cum c o t (aliàs cum t b c) & uenit per condiciones quas habuerunt in commixtione c o t, aliàs t b c. Per istud principium intelligere potest artista similia principia, quæ absconsa sunt in operibus lapidum preciosorum,

r ij rum,

RAIMVNDI LVLLII

rum, sicut rubinorum, & sapphirorum, ac perlarum & cæterorum. Nam istud principium est ibi necessarium. Et in isto passu cognoscit intellectus, quod nullus lapis compositus seu artificiatu, absq; isto principio potest perfectionis finem attingere. Nam hæc est semita, per quam omnes transire refert, ad finem optatum. Vnde ualde utile est hoc principium, quoniam per ipsum intellectus cognoscit, & consistit artificiatu, & conditionatus, ad intelligendum qualitatem nostri Q, & quod noster lapis, & alij lapides, sicut Rubini, Smaragdi & Sapphiri, & specialiter Perlæ in uentre nostri D, hoc principio mediante oriuntur cum uirtute, bonitate & efficacia sicut naturales. Et in isto passu cognoscit intellectus, quod nostrum D potest attrahere ratione suæ simplicitatis uirtutem existentem in lapidibus aliquibus, ratione cuius potest artista illam uirtutem lapidibus artificialibus coniungere mediantibus principijs huius artis. Quoniam omnis res ibi posita dissoluitur cum dissoluto, adhibeas rem quæ proporcionata sit illi rei dissolutæ, & fiet quod quæris. Et potes etiam de multis unum facere, & plus de ista materia hic non loquemur. Nam etiam iste modus specificatus est in libro Lapidarij, & per ea quæ dicta sunt intelliget artista, & cognoscet plura in omni opere lapidifico tangendo, quodlibet cum c o t d, alias t b c d, & miscendo c o t, alias t b c, cum principijs huius artis, & applicando ea quæ sunt applicabilia ad quodlibet particulare, & applicando sibi ignem per accidens secundum, quod magis aut minus quodlibet uult esse decoctum. Et etiam per administrationem ignis potest artista cognoscere qualitates & accidentia, sicut molliciem, duriciem, ponderositatem & leuitatem quorumlibet, & etiam caliditatem & humiditatem. Et hoc cognoscet intellectus miscendo t h i k, cum t o c d, alias cum t b c d, secundum quod unum est calidum magis, aliud æqualiter, aliud minus, si
cut

cut

cut in quarto & tertio gradu, & in secundo & in primo gradu, & secundum quod quodlibet differt per maiorem duriciem ab alio, & concordat in æqualitate complexionis, & differunt per c d (alias per t d) in pondere & colore. Et secundū ea quæ dicta sunt, cognoscit intellectus, quod per mixtionem dictorū triangulorū, & principiorum huius artis, regulatur in ignis administratione, in qua pendet totum magisterium huius artis. Et etiam istud principium est conscriptum de literis croceis & lazulinis, ad designandum, quod istæ literæ quæ assignantur per illos colores, sunt causæ generantes in M uel Q.

¶ De 11. principio radicis arboris philosophicalis.

Colores sunt unum principium radicis arboris philosophicalis huius artis, cum quo intellectus multiplicem intelligentiam attingit & cognitionem, secundum quod multipliciter reddit se cognoscibilem, in magisterio huius artis, tangendo ipsum cum angulo differentiæ, scilicet clarificando, & non confundendo unum colorem cum alio, secundum quod per naturam differentes sunt, & sic inuenit intellectus per colorum differentias diuersam cognitionem in magisterio nostri lapidis. Nam unam conditionem inuenit per colorem nigrum apparentem in opere, & aliam per album, & aliam per croceum, & aliam per rubeum. Et in opere Perlarum, aliam per croceum, & aliam per liuidum, & aliam per album niueum, & aliam per album splendidum, & sic de cæteris, quod esset nimium prolixum enarrare. Nam in magisterio nostri lapidis, color niger est prior. Et dum iste color apparet in opere, est signum indicatiuum intellectus, quod c uel © concubuit cum d, & quod d concepit in uentre suo, embryonem, & demonstratur ad sensum H, in illo opere perfectionis suam habere finem,

r iij nem,

RAIMONDI LULLII

nem. Et cum color iste niger est diminutus, & apparet albus, tunc intellectus intelligit naturam transitum facere, de c uel © ad M, uel de M ad Q, in quo transitu k attingit suum finem. Itē iste color albus incipit diminui per maiorem ignis continuationem, & oritur color croceus. Et per istum colorem artista potest cognoscere quod membra & partes incipiunt adunari in numero 30. & aggregari ad quantitatem continuam, ita & taliter quod patebit ad sensum, coadunatio & colligatio membrorum nostri infantis, quoniam sperma diffusum per totam substantiam nostri D, post ortum illius coloris incipit coadunari in medio in forma rotunda admodum cuiusdam rotundissimæ lunæ circulariter contentæ, præterea euanescit postea hic color croceus, & oritur color rubeus, et hoc est signum demonstratiuum intellectus, cum quo intelligit complementum membrorum & partium nostri lapidis congregari, & adunari ueraciter in omni perfectione in numero 30. Nam & post uisionem huius coloris scias nostrum infantem completum esse in corpore & potentia uegetabili. Nam & tunc temporis artistam scire oportet, numerum dierum, quibus noster lapis est deductus ab initio conceptionis, usque ad terminum apparitionis coloris rubei. Et apparitionem coloris iam dicti regimen successiue, & incessanter exhibere, per bis tantum modicum uiuacius, quo quidem completo recuperabitur id quod quaeritur. Et est lapis durus existens in medio multarum superfluitatum, sicut & foetus mulierum apparet post partum, & a colore croceo ad rubeum, permixtum sunt finis l i g, cum c o t d (aliàs t b c d) in qua quidem mixtione apparet, quod in finibus illorum l i g est t o c (aliàs t b c) absque t d, quoniam si t d ibi stetit, partes quaedam cum alijs minime quirent colligari, seu coniungi, nec in 30. numero deduci. Positum est autem istud principium in radice arboris philosophicalis, ut intellectus

tellectus

Intellectus per ipsum existat regulatus, & artificiatus ad cognoscendum particularia, & signa demonstratiua, quæ in processu operationis contingunt. Et est ualde utile, & necessarium illud principium ad cognitionem artistæ huius artis, quoniam est tanquam instrumentum, quod mouet intellectum ad intelligendum principia intellectualia, in prælibati particularis magisterio, sicut quomodo per istud principium cognoscitur dictum particulare esse in principio f g h li, aut in medio, aut in fine terminationis, aut in fine perfectionis, sicut data est doctrina superius, in eadem declaratione, sicut quomodo est in nigro albo croceo & rubeo coloribus successiue. Sicut quando est in nigredine, cognoscat intellectus ibi esse f h, & cognoscit dictas literas esse in fine illius coloris, quando incipit euanescere, & per consequens intelligit istas existere in medio. Aut cognoscit medium lapidis dum colores uidet album & croceum, & in fine cum speculatur rubeum. Hoc quidem est generale principium & necessarium in omni opere lapidifico, in quo intellectus attingit quorumlibet lapidum artificiatorum complementum. Quo quidem ignorato cæcus artista tendit ad quodcumque dictum opus lapidificum, siue Alchimicum ad eius regimen & magisterium fieri, sicut qui implere uult hydriam aqua cum cribro, aut aquam gurgitis cum resti extra ducere.

¶ De 12. principio radicis arboris philosophicalis.

Separatio est aliud principium in arte ista & radice arboris philosophicalis positum & significatum per O. Et triplex separatio consideratur, secundum quod in ipsa triplex inuenitur modus cognoscendi. Primum & secundum inuenies in rubrica supra arborem quæ incipit: Separationum alia
 &c.

&c. Tertius modus habet noticiam de magisterio, in nostra particulari generatione, scilicet qualiter motum ignis per accidens mouere facit c d f g h i k l o p, ad M uel ad Q. Et hoc fit quando principia oriendo ab alijs, & separando se ab illis ingrediuntur alia. Et sic ex ista operatione & separatione trahitur uirtus naturalis & formalis de c uel ©, & d, ad M, & ab M, ©, & d, ad q, quæ prope r uel © & d, uel M © & d mutant suas formas simplices in M uel in Q, ipso M existente de altera forma quàm erat M d c, uel © d, in n. Et c © d in q, retinendo suas proprietates & uirtutes, existentes sub forma tertia. Quoniam si talis origo & separatio, ita non fieret, tunc ibi non fieret alteratio, nec coniunctio, nec processio, & in nostro lapide destrueretur opus naturale. Positum est autem istud principium in arte ista, ut memoria recolat, intellectus intelligat magisterium operationis naturalis, principiorum huius artis. Et etiam elementorum positorum in actu elementis naturalibus existentibus in c uel ©, & ut cognoscat qualiter oriuntur quædam ab alijs, & separantur ab illis, & ingrediuntur alia usquequo deueniatur ad illud, quod quaeritur. Valde est utile illud principium artistæ, quoniam per ipsum in hoc memoria recolitur r s t u, quæ oriuntur de b cum d, postea separantur de d. Et quod non recolit quod dicta r s t u, separata de d separantur ab opere & mixtione, quam facit d cum c uel ©, hoc etiam totum designant quatuor colores, cum quibus est scriptum istud principium.

¶ De 13. principio radice arboris philosophicalis.

Potentia est aliud principium in arte ista, & significatur per literam F, sicut alteratio. Et per istud principium artista habet modum cognoscendi magisterium huius artis secundum,

dum,

dum, quod diuersimode se reddit cognoscibile per angulum differentia, primo cognoscit intellectus, quod omnia ista principia, & eorum operationes sunt in Chaos, & huiusmodi specificatus est modus in eius declaratione. Alio, prout r s t u, sunt potentia in b, & cognoscit etiam intellectus, quod est alius modus potentia, qui est actus sicut est actus artista in magisterio isto, & significatur ignis accidens in compositione, per actus nostri particularis. Et sicut alterare, generare, digerere, calcinare, quae sunt actus priuationis, & potentia, cum quibus agunt in substantijs extra. Positum est autem istud principium in arte ista, ut artista intelligat potentias differentia, in nostro magisterio, & hoc tangendo quamlibet potentiam, cum angulo differentia. Valde est utile in arte ista, istud principium, quoniam artista non solum per ipsum cognoscit potentias secundum quod conditionantur in opere isto, sed etiam intelligere potest alias potentias in operibus lapidificis, sicut per larum, rubinorum, sapphirorum, & caeterorum, tangendo & temperando potentias, quae sunt in partibus, de quibus fiunt lapides, & conditionare se potest taliter, quod potentias actuales existentes in partibus deducat ad actum secundum suum modum, applicando uirtutes naturales maioris lapidis. His lapidibus artificiatu taliter, ut omnis perfectionis complementum retineat, artificiales sicut naturales. Et hoc non potest fieri nisi per potentiam, quae est actus nostri D. Et plus de hoc hic dicere non curamus. Nam dicti magisterij modus specificatus & declaratus est in uolumine Lapidarij. Nam plures etiam sunt qui lapides conficiunt, sed naturalem uirtutem minime eis praebere possunt, quia nostrum D ignorant. In quo & de quo, & per quod, & cum quo lapidis consistit complementum & perfectionis augmentum.

¶ De decimoquarto principio.

3 Operatio

Operatio est aliud principium radice arboris philosophi-
 calis, significatum per P, & existit ex quatuor colori-
 bus differentibus conscriptum, & significat diuersos operatio-
 nis modos differentes. Primus color designat, quod per d ope-
 rationem habet in c uel ©, uel M ©. Secundus color designat
 quod ignis per actus ad extra cum suo calefacere actionem
 habet supra d & c, uel ©, & cetera principia, & opera natura-
 lia, & accidentia mouendo ad M, & etiam supra M c d, omnia
 dicta principia mouendo ad Q. Tertius color designat, quod
 c uel ©, uel M, habet actionem supra d informans ipsum d in
 M, uel in Q. Quartus color designat operationes, quas ha-
 bet artista supra omnia ista occasionatiue, scilicet in admini-
 stratione ignis, in operatione & separatione d, & operatione
 © & d. Et potest etiam istud principium designare operatio-
 nes quas faciunt M uel Q, in substantijs extra, iuxta suas pro-
 prietates, & naturas rubificando, aut albificando secundum
 quod M uel Q, existunt formata per distinctas formas. Et
 intelliget etiam artista per illud principium operationes quas
 habet, quodlibet eorum principiorum huius artis in processu
 nostri particularis lapidis, ut specificatus est modus in cuiusli-
 bet declaratione. Positum est autem istud principium in arte
 ista, ut artista per ipsum cognoscat operationem, cuiuslibet
 principij istius artis, tangendo quamlibet operationem cum
 angulo differentia. Valde utile est istud principium in arte
 ista, quoniam artista huius artis intelligit ea quae de ipso in
 hoc opere dicta sunt, & cognoscit etiam operationes lapidifi-
 cas sic ut intelligat, quid operari debeat cum igne in commix-
 tione materiae & formae, & cum nostro D, & cum preparatio-
 nibus alijs, sicut competit particulari.

¶ De decimo quinto principio.

Perfectum

Perfectum ens est aliud principium huius artis, & est positum in radice arboris philosophicalis. Et est signatum tribus coloribus per literam M, ut patet ad sensum, & isti colores in unum significant perfectionem & complementum c d e f g h i k l o p r s, in fine perfectionis, & terminatione illius quod querebatur, & dicitur istud principium in arte ista perfectum ens. Quoniam est causa efficiens, & formalis substantiarum existentium extra. Positum est autem istud principium in arte ista, ut intellectus cognoscat substantiam progressam ex dictis d c uel ©, per potentiam e f g h i k l o p r, & uideat, & palpet, & opera terribilia condantur artista. Valde utile est etiam istud principium, quo intellectus se cognoscat esse habituatum de grandissima scientia super intellectum alium ignorantem artem istam. Et cognoscat se artista huius artis, artista esse super omnes alios artistas, & medicum super omnes alios medicos hanc scientiam nescientes, non solum in quantum corporum metallicorum perfectionem euanescente facit, sed etiam corpora nostra subito & quasi miraculose a quibusdam infirmitatibus desperatis resurgere facit, ut ante dictum est in capitulo applicationis ad corpora nostra.

¶ De sedecimo principio.

Fermentatio est aliud principium huius artis positum in radice arboris philosophicalis, & per istud artista regulatur ad intelligendum qualiter M potest multiplicari, & in Q transire. Et inueniet artista quod in isto magisterio sunt necessaria g h f i k l, scilicet ponendo ©, uel c & m, in g, & quod posita in g, continent opus in ignis administratione quousque transeant per h f l i, & deueniant ad k, & per k conditionet se artista in processu operis, secundum quod k quadruplum est

s ij disse

R A I M U N D I L V L L I I

differens, & per omnia agat, sicut in operatione M, donec oria-
 tur Q, in quantitate maius, & in uirtute & in operatione for-
 tius tam ad rubeum quam ad album. Et etiam ad nostri cor-
 poris sanitatem. Positum est autem istud principium in radi-
 ce arboris philosophicalis, ut artista huius artis sciat, quod M
 transire potest in Q, per operationem c © d e f g h k l n o p r.
 Et in isto passu cognoscit intellectus, quod artistam huius ar-
 tis non oportet, si uoluerit M componere, plusquam semel,
 quoniam ipsum potest multiplicare in infinitum, reducendo
 ipsum in Q, & de illo alterum q, & de illo q aliud q operando,
 usq; in infinitum. Sed de hoc miratur intellectus, quomodo
 potestas q sufficiat ad suam speciem successiue multiplican-
 dam in infinitum. Et ipse intellectus descendit ad sensum, qui
 uidet quod unus homo sufficit & potens est ad multiplican-
 dum suam speciem in infinitum numerum successiue, unus ge-
 nerando alium. Etiam miratur intellectus quomodo Q hoc
 agere potest, cum in ipso non sit spiritus uitæ, & descendit ad
 sensum qui uidet qualiter fermentum pastæ naturaliter multi-
 plicat speciem suam in alia pasta, faciendo istam aliã pastam,
 existentẽ sub eadem uirtute & operatione. Et ista pasta aliã,
 & illa iterum aliã, & sic usq; in infinitum. Valde utile est il-
 lud principium, quoniam per ipsum intellectus cognoscit se
 posse ex M facere Q, mediante © d, & sic in infinitum multi-
 plicare. Nam nequaquam plurimi ad istud arcanum per-
 uenerunt.

¶ Decimumseptimum & ultimum principium.

Perfectum uenenum transformans, siue lapis est ultimum
 principium huius arboris antedictæ significatum per Q,
 ad denotandum quod ipsum existit finis, complementum &
 perfectio

perfectio omnium principiorum huius arboris, iam dicta positorum. Et hoc designant quatuor colores, cum quibus est descriptum. Nam primi duo colores significant quatuor elementa in ipso existere, cum omni perfectione bonitatis magnitudinis & cæterarum cum concordantia maxima actuali absque aliqua contrarietate prædictarum operationum, ut patet per rationes trianguli uiridis, huic principio applicati, & etiam in mixtione dicti trianguli cum triangulo rubeo, & cum dicto principio, & hoc explicare dimittimus artista bene intuenti. Alii colores designant d c existere in ipso in omni perfectione simplicitatis numeri ultimati per magisterium artista, & e f g h i k l n o p. Et deinceps cognoscit artista huius artis, quod istud principium per magisterium dictorum principiorum potestatem habeat multiplicandi speciem suam dupliciter, scilicet aliud generando sibi simile, in operatione & uirtute, & transmutando substantiam extra. Positum est autem principium istud in arte ista, ut cognoscat artista ipsum esse perfectius quã M, in uirtute & operatione. Et est ualde utile istud principium, quoniã per ipsum artista huius artis facit mirabilia & multa miracula super terrã in transmutatione corporũ metallorũ, & in cura infirmitatum desperatarum nostri corporis humani. Perfectum uenenũ transformans, Est lapis qui transformat antiquas rerum naturalium species, in eis existentes, in potẽtia, & in uirtutes actuales. Item lapis qui dicitur transformans uenenum sic diffinitur. Venenum transformans est lapis artificiatus ex metallis cõpositus, hoc est ex subtilissima eorum natura, & menstrui uegetabilis, quæ sic agit in illis sicut fel Leopardi in animalibus, & uisus basilisci, & etiam fulgur in fusione metallorum. Item uen. transf. est lapis compositus per artificium, qui uirtutes transmutat in animalibus, & ipse in eis conseruat. Istæ tres mutationes competunt huic no-

s in mini

mini uen. transfor. nostræ scientiæ, & secunda competit lapidi philosophorum in speciali, & explicite. Sed illæ diffinitiones omnes competunt unicuique lapidi in generali. Item potest sibi dari alia diffinitio, quæ magisterio practicæ uidetur congruentior. Ven. transfor. est lapis compositus ex prima natura per artificium humanum, multiplicatus uirtualiter, uel quantitatiue, uel utroque modo. Ex qua quidem diffinitione nota, quod lapis philosophicus tripliciter multiplicatur. Primo modo fit per reiterationem rotæ corruptionis ad principium, hoc est corrupendo lapidē per dissolutionē, & putrefactionem, & per elementorum dissolutionem, & per rotam generationis, hoc est per elementorum coniunctionem, & inhumationem in aere, uel in terra. Et apprehensione & retentione cursuum supra cœlestium in elementorum materijs, si est ad opus maius, & per decoctiones aeris & ignis communis, & si ad alia opera particularia per coniunctionē elementorum cum terra foliata, & decoctione ignis cōmunis in inhumatione firmi. Item Fili, multiplicatio in quantitate fit per admixtionem medicinæ in crusbulo cum arg. ui. uulgo. quod quidem arg. ui. per admixtionem lapidis, conuertitur in puluerem rubeum uel nigrum, & iterato, quod mittatur de illo puluere arg. ui. super aliud arg. ui. & iterato conuertetur in puluerem, & sic facies reiterationes plurimas arg. ui. super aliud arg. uiuum, donec argentum uiuum non conuertatur in puluerem, sed manet conuersum in metallum perfectum. Et hoc fit fili, quia medicina temperata est cum additione argenti uiui, & pondera lapidis philosophorum ad quantitatem multiplicationis, tu per teipsum cognoscere potes immittendo unum pondus post aliud. Sed nos in prima examinatione lapidis unum pondus supra mille misimus argentum uiuum, quod fuit conuersum in puluerem rubeum, & de illo puluere misimus super mille

mille

mille alterius argentum uiuum, aliud pondus & conuersum fuit in puluerem. Et de illo secundo puluere missimus unum pondus super alia mille argentum uiuum, & conuersa sunt in puluerem, & sic fecimus usque ad centum multiplicationes, & sic habes centum millia pondera, quorum quodlibet pondus habet potestatem centum milia unicuiusque imperfecti metalli in perfectum metallum. Item multiplicatio utraque fit simul, si ex medicina multiplicata in quantitate duxeris ad dictas duas rotas ad finem terminationis, & feceris sicut dictum est supra. Nam quaecumque medicina transit per istas duas rotas ad finem terminationis, tanto plus multiplicatur in uirtute, propter naturam quae ad tantam subtilitatem deducitur. Ex quo spiritus existens in tali natura, multiplicat similitudinem suam, sicut fumus ignis existens in oculo basilisci suam similitudinem multiplicat in igne exeunte in animalibus, ratione cuius suffocatur calor naturalis uniuscuiusque, sicut lux ignis, qui per lucem solis extinguitur. Item multiplicationes omnes competunt in generali, sed non in quantitate, sicut maius opus quod dicitur per philosophos opus regale. Sed non omne opus latitudinis concordat in hoc secundum maius & minus.

¶ Tertia pars Theorica. De declaratione principiorum figuræ S. in opere minori.

Dictum est de declaratione principiorum arboris philosophicalis, cum intellectus consistit regulatus ad cognoscendum operationes & naturas earum, secundum quas condicionantur in processu, seu magisterio huius artis particularis quaesiti. Nunc dicendum est de declaratione principiorum figuræ S. in opere minori, cum qua declaratione

tione

tione intellectus regulabitur aliter de inuestigatione dicti particularis. Et primo de primi principij declaratione.

¶ De primo principio figuræ S.

Forma est primum principium positum in hac figura per **A** significatū. Et per ipsum significatur illud, quod significatum est in declaratione eiusdem in arbore philosophicali, nisi quia hic est conditionatum, ad formationem **Q**, & non in **M** q. q. existente differente à q arboris, & condicionatur per **c** **o** **d** **e** **f** **g** **h** **i** **k** **l** **o** **p**, arboris philosophicalis, & etiam per principia figuræ **S**. Et de omnibus alijs dic, ut in declaratione c arboris philosophicalis. Et ideo istud principium designamus hic per **A**, ad denotandum, quod operatio istius principij unam conditionem habet hic in ista figura, & aliam in arbore philosophicali.

Materia est secundum principium huius figuræ **S**. & est conscriptum quinque coloribus. Qui quidem colores significant quinque substantias ab ipsa materia egressas, & est significatum per **B**, sicut in radice arboris philosophicalis. Et ideo plus hic declarare non curamus eius modum, quoniam satis pertractauimus eum in radice arboris philosophicalis, & ideo dic hic ut ibi. Nam & per istud principium habet artista huius artis cognitionem diuersam secundum quod differenti modo potest ipsum cognoscere in operatione huius artis. Nam tangendo ipsum cum angulo differentiarum inueniet, quod alia est materia, quæ est **B**. & alia quæ est **d**, & alia quæ est **o** **c**, & alia quæ est **M**, huius figuræ in rota circulari. Et secundum diuersam cognitionem, quam de ipso habet diuersis mode condicionatur ad operandum, & regulat se in processu huius artis, nam inueniet quod talis materia est **M**, id est sulphur

phur

phur naturæ, quæ formatur cum a o x y in p, ratione cuius ori-
tur Q, de alijs dic ut supra.

COrpus est alterum principium huius artis, & significatur
per literam C, & scribitur quinq; coloribus, ut patet, &
isti colores significant quod M oritur ab S t u z, cum d, quod
M, postea per a o x y, formatur & perficitur. Positum est au-
tem principium istud in arte ista, ut artista cognoscat quæ
sint substantiæ, & ex quibus oriri potest M, ut formetur per f
p, cum a o x y, & fiat Q.

LVnaria est quartum principium huius figuræ S, signifi-
catum per d. Et sciat artista, quod cum isto principio fa-
cere debet e f g h i l m n o p r, mediante k huius figuræ, & r ar-
boris philosophicalis. Positum est autem istud principium in
arte ista, ut cognoscat artista significatum illius, quod & qua-
le est, & intelligat ipsum esse necessarium, ad omnes supra di-
ctas literas, ut ducantur ad M, & quod postmodum M per p
a o x y, deueniat ad Q, & de omnibus alijs potest dici secun-
dum suum modum, ut dictum est de cælo.

CAlcinatio est aliud principium huius figuræ S, significa-
tum per e, & est scriptum quinq; coloribus. Et designat
quod omnia corpora per ipsum transire debent. Et considera-
tur dupliciter, secundum, quod duplex est eius opus in dictis
corporibus. Et hoc designatur per literam E. Primo conside-
ratur e pro ut fit cum Mercurio uulgi, & sub isto e, patitur x
& y. Et modus istius e, specificatur & declaratur in prima di-
stinctione in secunda parte huius distinctionis, in capitulo
quod incipit: Et in hoc loco &c. in §. Et magisterium huius se-
creti &c. per totum. Alio modo consideratur e pro ut fit cum
aceto fortissimo, & modus est, ut sit crocus ferri, & sub isto e
patitur u. Alio modo consideratur e pro ut fit cum sulphure,
arel auripigmento, & modus est, ut sit æs ustum. Et sub isto e
t patitur.

t patitur.

patitur z. Alio modo pro ut contrariatur dictum e fit cum d, & sub isto patitur s t u x y. Positum est autem hoc principium in arte ista, ut intelligat artista quod dicta S t u x y z, pati debent sub illis modis supra dictis, ut parata sint, ad ingrediendum f g, & cæteras literas.

Dissolutio est alterum principium in arte ista, & est consignatum coloribus quinque, & est figuratum in hac figura per f, ad denotandum differentiam, quæ est inter f huius figuræ, & h arboris philosophicalis. Nam sub f huius figuræ patiuntur S t u x y z, & sub h, arboris philosophicalis, non patiuntur nisi c uel © & M, nam quinque colores f hic positi, hoc denotant, quod dicta S t u x y z, patiantur sub ipso f, mediante d. Et in isto passu cognoscit intellectus in nostro opere primarias intentiones, & secundarias, scilicet quod f primariam intentionem habet ad destruendum S t u x y z, eo quod sibi est contrarium, & priuatio dicta S t u x y, à suo esse priori est, & quoniam per se non potest, dat se secundariæ intentioni, scilicet ut cum d, quod est amicum dictorum S t u x y z, possit ea corrumpere, & ponere sub sua operatione, ut in ipsis attingat finem suum. Sicut ignis qui primariam intentionem habet ad aquam corrumpendam, & quoniam immediate non potest, dat se intentioni secundariæ scilicet aeri, ut cum aere possit suum appetitum complere in destructione sui contrarij. Positum est autem istud principium in arte ista, ut artista intelligat, quod unum principium sine alio operari nequit. Et ut cognoscat dicta S t u x y z, necessario habere transire per ipsum antequam deueniat ad quod quæritur.

EVacuatio est aliud principium huius figuræ, & est significatum per q, & est scriptum coloribus antedictis, ut cognoscat intellectus, quod dicta S t u x y z, pati debent sub actione huius

ne huius principij, & cum ipso mediante nostro d, eorum spiritus à uisceribus abstrahi occultos. Qui quidem spiritus sunt materia qui formari debent cum a o x y, & post formationem transeant ad q. Et est principium ratione, cuius ꝥ de consideratione Alchemistarum euacuatur. Et secundum hoc habes notare duo. Primum quod lapis quiuis componitur ex spiritu occulto in quocunq; corpore metallico, secundum quod dictus spiritus habet mediante dicto principio in actum deuenire, iste nanq; spiritus uno modo dicitur g, limus deserti qui fit per sublimationem ex aere, ut dicitur in 1. lib. Can. 3. qui incipit: Verum tamen. Secundo consideratur, cum formatur cum a d e ex y, qui est spiritus formans & tingens, & tangens transeat in r. Positum est autem istud principium in arte ista, ut artista intelligat, dicta S t u x y z, transire per g, ut cognoscat, quod illud quod per g extrahitur à uisceribus ipsorum S t u x y z. Est enim materia de qua noster lapis in actum deduci debet mediantibus a o x y.

Multiplicatio est alterum principium huius artis. Et est significatum per H, & est scriptum dictis quinque coloribus. Et est multiplicatio, reductio Mercurij, super terram suam. Vel multiplicatio est iteratio, cuius medicina multiplicatur in quantitate & uirtute uel utraq; modo. Prima definitio competit in presentia secundum quam notari potest, quod spiritus qui sunt à corporibus dicuntur reduci, super suam terram ita quod dictus spiritus sublimetur & conuertetur in terram foliatam quæ dicitur q e, metallorum, ut clarius diximus in Vade mecum in capite quod incipit: Partus uero terræ. Et est etiam scriptum quinque coloribus, & per istud principium artista habet cognitionem, quod illud, quod abstractum est à uisceribus S t u x y z, reduci debet super ipsa nam & magisterium huius principij in practica demonstrabitur in parte illa, quæ
t ij incipit

R A I M V N D I L V L L I I

incipit: Completa exuberatione &c. Et ideo resumere hic non curamus propter prolixitatis augmentum. Positum est autem istud principium in arte ista, ut artista cognoscat dicta S t u x y z, iterum redire debere in naturam, de qua in terra nata fuerunt.

Spiritus est alterum principium in arte ista significatum per i. Et est illud quod immediate euacuatum est à corporibus. Est igitur necessarium cōverti corpora in species, ut ex ipsis philosophorum lapis componatur, uel quiuis alius preciosus lapis, & per ipsum habet artista noticiam, quomodo terra est euacuata, scilicet quomodo modus & regimen fit, prout in practica est conscriptum in illa parte, quæ incipit: Modus liquefactionis. Positum est autem istud principium in arte ista, ut artista cognoscat istud i esse argentum uiuum ab artista in opere isto consideratum, ut patet per figuram.

Argentum uiuum exuberatum, est aliud principium huius figuræ S, & significatur per literam L. Et est illud quod exuberatur cum menstruo per sublimationē alembyci, istud nihil aliud est quàm spiritus distillatus cum menstruo simul, ex quo fili notare poteris quòd nihil ualet spiritus nisi in argentum uiuum exuberatiuo reducatur. Est autem argentum exuberatum menstruum, cum quo componuntur perla, quod uerum est argentum uiuum uulgi ad componendum de conchilijs marinis, aliàs quàm in i. lib. diximus. Est autem necessarium, ut spiritus exuberetur, ut trahatur ad maiorem subtiliationem quàm natura sua recipere potest, ut sic per gradus subtiliationis trahatur natura in lapidem ad tantam subtiliationem, ut operetur sicut fulgur in substantijs extra, & per ipsum artista regulare potest intellectum, qualiter se habebit in eius cognitione, & ponendo angulum differentiae inter L &

& i, & inueniet quod i differt ab l in quantum i est ante l, l uero post i, & operationem l hic dico non curamus. Nam plene consignata existit in practica huius figuræ, in parte illa, quæ incipit: Sequitur modus exuberationis &c. Est etiam aliud argentum uiuum exuberatum, quod est claritas in perlis, & lumen, & splendor, & est aqua ex argent. ui. uulgi facta, & ex uberata septies per distillationem. Positum est autem istud principium in arte ista, ut sciat artista huius artis, & cognoscat, quo modo l eleuatum est in L.

Sulphur naturæ est aliud principium huius figuræ S, & est designatum per M. Et est spiritus metallorum post exuberationem in terram foliatam, conuersum per sublimationem ignis tertij gradus. Est autem necessariū quod spiritus exuberatus, cōuertatur in terram foliatam per sublimationem, ut separetur mundum ab immundo, subtile à grosso terrestri, & ut spiritus uiuificans, trahatur in subtilissimam materiam, ut in metallis minus perfectis agat, sicut uisus basilisci in animalibus, & fulgur in fusione metallorum, & per istud principium artista habet cognitionem maximam in magisterijs huius artis, dirigendo se per significationem colorum, cum quibus est descriptum. Nam colores, pallidus, scilicet & uiridis & niger, significant istud principium ab l egredi, & color rubeus significat, quod per magisterium ignis, per actus ad extra dictum M deuenit, & oritur de l, & per eundem modum condicionantur colores l i h g f e s t u x y z, significando quod per magisterium coloris rubei, quod significat r arboris philosophicalis l, oritur ab i, & i ab h, & h de g, & g ab f, & f ab e, & e ab s t u x y z, secundum modum qualiter & quomodo M uenit in actum, hic dicere non curamus. Nam satis dicitur de ipso in practica, quam uidebis in parte illa quæ sic incipit: Completa exuberatione & euacuatione, in §. Quo autem consecuto. Positum est

t. iij. autem

autem istud principium in arte ista, ut cognoscat artista ipsum M, & naturam eius, & eius originem, ponendo in angulo differentiae, quod si dictus angulus ponatur in angulo finis, per eorum rationes inueniet, quod dictum M, continet in se differentiam, quae est finis terminationis, & complementi filij geniti ab S t u x y z, & etiam quod sit aptus natus ad induendum se uestes purpureas seu albas, & etiam cognoscit artista ipsum esse in fine terminationis, & in isto puncto notare debet artista differentiam, quae est inter M, quod oritur ab S t u z, & inter M, quod oritur ab ab x y, ut per dictam differentiam se sciat regulare in processu & operatione dictorum M, & quod applicare sciat, dicta M, secundum suum modum in practica huius artis.

Tinctura est alterum principium huius artis, & est significatum per n. Et est compositio lapidis ignis & aeris, auri & argenti. Vel sic, est quoddam compositum ex igne & aere, auri uel argenti. Vel sic, est corpus tingens ortu & compositum a duobus elementis, scilicet ignis & aeris auri ad rubeum, & argenti ad album. Ista diffinitiones sunt prout tinctura consideratur in hac arte, secundum quas filii potes notare, quod omnis tinctura alchemica est necessaria esse ex iam dictis metallis, quia simile producit simile in natura naturaliter, & artificialiter. Nam aurum ita est principium omnibus aurificantibus. Qui enim aliquid ignificare uult, non quaerit aquam uel plantam, sed ignem, qui est principium ignificationis. Igitur filii, si quis uult aurificare metaphorice non quaerat sulphur, aut alumen, aut armoniacum, sed aurum quod est principium aurificationis. Et sic de argento suo modo, non est ergo consideratum, quod tinctura lapidis philosophorum componatur, praeterquam ex auro & argento, & qui aliter considerat, non habebit optatum, & est scriptum dupliciter in rotula sua. Primo modo coloribus

coloribus

coloribus, uiridi & croceo. Secūdo coloribus, rubeo & nigro. Nam prima pars scripta coloribus, uiridi & croceo, significat tincturam, cum qua M debet tingi cum oritur ab x y, per magisterium, de e f g h i k l m n, principiorum huius figuræ. Aut per magisterium primæ distinctionis in illa parte in capitulo: Sicut diximus extrahere &c. in §. quo factō. Alia uero pars quæ est cum quatuor coloribus scripta, designat M, quorumlibet istorum quatuor S t u z, induere se dant dictā tincturam uel tunicam, ut fiat q. Et potest fieri quod unum M, tantum se induat tali tunica siue tinctura, & potestatem habebit uestire patrem, à quo duxit ortum, in illam scilicet uestem, ut & ipse pater in regali ueste possit gaudere, qui à regalibus sedibus nō uenit. Et si coniuncta fuerint duo M, fiunt tanquam fratres, & uestita fuerint quodlibet dictorum indumentorum, simul patres in sua sede ponent illos induendo, & ornando suis uestibus, & sedere eos faciant ad mensam regiam. Et sicut diximus quod de duobus M, simul artista potest intelligere sic, de tribus simul uel quatuor, & huiusmodi specificatus est modus in processu tabularum.

Oleum est aliud principium huius artis, & est significatum per O. Et est limus uel limositas metallorū natans super menstruum per dissolutionem illorum. Est autem necessarium, ut corpora in oleum conuertantur, quod si non conuertantur in ipsis solitaria permanebunt, & quod quærimus non fiet, & sequitur priuatio omnium principiorum huius artis. Item oleum istud multiplicem habet considerationem in hac arte, secundum quod fit multiplex eius multitudo ad diuersos lapides. Est ergo necessarium antequam metalla transeant in lapides, ut transeant in naturam olei, & postea reducantur in spiritum, & in limū deserti, & putre fiat, & impiguetur uirtutibus cœlestibus etiam sic, quod reducantur propinqua

qua

R A I M V N D I L V L L I I

qua huius artis, usque ad ultimum finem. Hæc est autem regula generalis ad omnes lapides. Sed noueris, quod quædam spiritaliter fiunt in operis latitudine, quæ in tempore modico ueniunt ad effectum, ut apparebit per processum huius libri, ex quibus multa & diuersa opera componere poteris cum sollicitatione ad tui placitum, & est scriptum duobus coloribus, scilicet croceo & uiridi, & isti colores significant, quod ipsum O debet oriri ab x y, per quod o est indumentum M, quod se illo induit, & efficitur q, & fit dictum o per magisterium primæ distinctionis in secunda parte, in capitulo: Sicut diximus, in Canone tertio, in §. quo facto. Vel per magisterium dictorum principiorum, scilicet e f g h i l m n. Positum est autem istud principium in arte ista, ut artista cognoscat indumentum, quod debet induere M, dictorum S t u z, ut exaltetur in cathedra regia, & diadema teneat super caput suum, duobus lapidibus preciosis ornatum.

Inceratio est aliud principium huius figuræ S, & est significatum per literam p, & designatur in sua rotula per quinque colores. Nam primus color significat ignem & uentrem, alij colores significant S t u x y z, & conditio eius talis est, ut per colores significetur, scilicet, quod S t u z, debent poni in p, cum o, genitum tamen ex x y, & hoc igne per actus mediante, & istud magisterium hic ponere non curamus, nam positum est infra in practica huius figuræ, in parte illa, quæ incipit: Sequitur modus incerationis &c.

Et autem inceratio coniunctio corporis tingentis cum terra foliata super ignem communem. Ista diffinitio conuenit pro una operatione manerie. Sed aliter diffinitur, Inceratio est coniunctio elementorum indurabilium cōgelabilium & fixabilium. Ista diffinitio conuenit toti magisterio, secundū quam nota, quod quædam elemēta sunt, quæ indurant, fixant,
&

&

& congelant & quædam indurantur, fixantur & congelantur. Et sic est duplex consideratio in hac arte, scilicet componere ex una natura unius metalli duos liquores contrarios in compositione. Vnum qui uirtutem habeat fixantem, cōgelantem & indurantem. Et alterum qui sit uolatilis, infixus & mollis. Iste uero secundus liquor induratur, fixatur & congelatur per primum. Ex quibus ambobus liquoribus resultat unus lapis congelatus, fixus & induratus, qui habet uirtutem congelandi non cōgelatum, indurare mollificum, & fixare infixum, & mollificare uile. In altera manerie habet uirtutem, sicut lapis mineralis, ut in primo lib. diximus. Quapropter, si lapidem philosophorū, quis reducere uult ad subtilem materiam, et quod operetur in metallis, sicut uisus basilisci in animalibus, omnem terram foliatam in liquorem reducere, & ipsam uirtutibus cœlestibus grauidare subtus terram. Et similiter elementa duo, scilicet ignem & aerem secundum pondera & competentia mixti supra terram per annum integrum, & rectificare per omnia, sicut diximus in 1. lib. Can. de compositione lapidum in generali. Et tunc filii est lapis, qui in instanti omne metallum in suam naturam conuertit.

Sublimate est alterum principium huius figuræ, & est significatum per literam r, & artista huius artis duplicem habet de ipso cognitionem tangendo ipsum cum angulo differentie, & etiam per mixtionem trianguli rubei cum qualibet parte differentie, attingit intellectus quemlibet modum dicti r, existere principium, finem, & medium. Nam primus modus est, pro ut consideratur, quod est quidam modus, quo median te ab igne ad extra, h i conuertuntur in l, & l conuertitur in M. Alio modo consideratur istud principium, ut quodlibet istorum principiorum, est sublimatum in maiori parte perfectionis, sicut l, quod est in maiori parte sublimationis perfectio

u nis

RAIMVNDI LVLLII

nis quàm i & m, quàm l, aut quàm aliquid aliud, scilicet & o, quàm M & q, quàm nullum istorum principiorū, & per consequens, per literarum dicti trianguli inueniet, quod est magis circa finem perfectionis ad q ingrediendum, sicut l quod existit magis propinquum ad istum finem, quàm i, & o magis propinquum quàm l, aut aliquid aliud. Et sic de medio intellegendo m o, quæ sunt magis propinqua medio ad q, quàm e f g h i k l n s t u z x y, eo quod abiectant ipsum immediate. Et sic de principio suo modo potest dici secundum quod dicta m o sunt propinquiora principia ad q, quàm aliquid istorum, & per consequens magis sublimata, & sic per rationes quæ possunt fieri miscendo triangulum croceum cum rubeo, cum dicto triangulo differentia, & omnes rationes dictorum triangulorum & angulorum miscendo cum isto principio faciat artista scientiam de conditionibus r in processu huius artis.

*Sublimatio
quid.*

Est autem sublimatio purificatio rei subtilis, tam dissolutione facta quam non facta, secundum quam definitionem nota, quod necessarium est in opere alchimico, ut subtile à grosso, mundum ab immundo, aereus spiritus à corpore ingenio artificiali purificetur & separetur, & sic corpora metallorum ad sui primam materiam sint redacta, ad nouam generationem lapidis, & sic potes notare, quod aliter fieri non potest, nec componi aliquis lapis. Et fantasticus est qui aliquem lapidem preciosum componere intendit sine dicta purificatione. Non igitur oportet artem istam in manus ignorantium cadere, ne propter defectum philosophia cadant in paupertatem & miseriam, & sequatur illusio & priuatio finis artis. Separatur igitur mundum ab immundo, subtile à grosso, rarum à spisso, Et sic natura dat tibi plus quàm postulas, uel postulare scias. Positum est autem principium in arte ista, ut artista per ea
quæ

quæ dicta sunt, de ipso conditionetur in magisterio huius artis, & sic de alijs faciat iudicium in practica.

Lapis est ultimum principium huius figuræ. Et est positum in figura ista, per q literam significatum. Et principij huius conditio est, ut artista speculando, ipsum recolat, ipsum esse finem & complementum S t u x y z, a b c d e f g h i k l m n o p r, in quo principio quidem quiescunt, ut salamandra in igne, & etiam quiescunt in ipso, tanquam partes in suo toto, scilicet tanquam bonitas & magnitudo, & cæteræ partes substantiæ in ipsa substantia. Nam mouent artistam huius artis, quod dicta principia in q attingunt finem, quare sunt secundaria intentione, ut ipsa in q, & per quod q attingunt finem suum primarium propter quem sunt inquietata. Qui quidem finis primarius est homo, & A, & talis finis primarius est maior quam secundarius, ut in pluribus locis explicauimus. Et ideo hoc explicare hic non curamus, quia non est de nostro proposito explicatio talis hic in arte ista. Lapis autem est corpus compositum, compositum ex quinta essentia metallorum, quæ aliàs dicitur argentum uiuum, deductum de eorum potentia in actum per magisterium omnium principiorum huius artis. Ex qua quippe diffinitione clare reuelata est materia lapidis. Lapis etiam quiuis componitur ex argento uiuo metallorum, & non componitur ex argent. ui. uulgi, secundum quod aliqui deceptores posuerint in libris suis. Quærat igitur quilibet inquisitor ueritatis, de conditione alchimistarum in natura unius cuiuscq; corporis metallici, & trahat ipsum per magisterium principiorum huius artis in actum, & exinde componat lapidem quemuis, tam philosophicum quam preciosum. Fili, si bene aduertis ad ista, quæ tibi dicimus, errare non poteris in cognitione argent. ui. alchimistarum, in quo stat totum. Fili mi, plumbum, stannum, aurum, argentum, &

u ij uenus

RAIMUNDI LULLII

uenus, sunt principia ex quibus trahitur argentum uiuum, de consideratione alchemistarum. Sunt ergo ipsa metalla principia, quæ secundum naturam habent argentum uiuum specificum. Nam aurum habet suum argentum uiuum, & illud argentum uiuum, est bonum ad unam operationem, & non ad aliam. Consideretur igitur, super quod metallum uult operari, & tale sumat argentum uiuum, formato cum arg. ui. auri uel arg. Item consideret quem uelit componere lapidem, & sic ministret argentum uiuum unius cum arg. ui. alterius metalli tam de terrestri quam de aereo, & prosequatur secundum magisteriū lapidarij, & Canonis huius primi libri, qui tractat de lapidum cōpositione, & sic cōstat, quod in metallis est utrunque magisterium in potentia, & non in aliquo alio minerali in natura. Positum est autem istud principium in arte ista, ut artista cognoscat quid est, & cognoscat etiam ipsum esse finem huius magisterij figuræ S, cum quo & per quod potest facere mirabilia in opere alchimico.

¶ De alijs sex principijs figuræ S.

Item St u x y z, sunt principia posita in hac figura S, per quæ habet artista cognitionem huius artis, quod ipsa sunt res seu substantiæ, de quibus oritur illud, de quo q componitur. Quædam habentia se materialiter, alia uero formaliter. Quæ se habent materialiter, sunt S t u z, quodlibet per se, uel duo simul, uel tres, uel quatuor, ad placitum artiſtæ. Quæ uero habent se formaliter, sunt x y, hoc est dictum, quod artista cognoscat S t u z, esse substantias, ex quibus extrahitur materia, seu argentum uiuū, quod formari debet, ut fiat. Et x y esse substantias, ex quibus extrahitur seu constituitur forma, cum qua & per quam dictum argentū uiuum formetur, ut ex dicto
argento

argento uiuo, & ex dicta forma operetur tertium, quod est lapis. Posita sunt ista principia in arte, ut artista cognoscat substantias, in quibus materia & forma particularis nostri existunt in potentia. Et postea per magisterium huius artis sciat deducere, ad actum faciendo instrumentum de e f g h i k l m n o p & r. Nam nonnulli fuerunt qui panem cōficere uoluerunt, ignorabant uero substantias, de quibus id, quod quærebatur in actum deueniebat, & si uero sciebant, nesciebant ipsas in actum deducere, quoniam ignorabant principia huius artis.

¶ De alio principio huius figuræ, quod est elementa.

Elementa est aliud principium huius artis, & est significatum per y rubeum, & conditionatur in processu huius artis dupliciter. Primo modo intelligit artista, quod e f g h i l m n o p r q, regi & administrari debent, per ignem ad extra per artistam huius artis exhibitum, & applicatum ad k, infra quod dicta e f g h i l m n o p r q, regi & administrari debent. Et sic etiam intelligit & recolit e f g h i l m n o p r q, mediante aqua, quæ est d, regi debent, & mediante igne in k. Alio modo intelligit dicti principij separationem ab x y, ut ex istis faciat q, & explicare hic non curamus modum istius separationis. Quoniam ipsum explicatum reperies in practica huius figuræ, in parte illa quæ incipit: Completa prima liquefactione &c. per totum. Et sunt elementa, prima metallorum materia, in qualitates concordantes & contrariantes. Ista diffinitio dicta est secundum quod elementa contrariantur in hac arte, ex qua quidem diffinitione, quod argētum uiuum, duorum luminarium auri & argenti, habet necessario in elementa diuidi ad compositionē lapidis philosophorum, & sic nullus potest componere lapidem philosophorum, nisi dicta duo elementa diuidat in ele

u iij menta

R A I M V N D I L V L L I I

menta ad finem, ut de uno magis, de alio minus ponat in compositione, in generatione secundum quod color postulat. Item elementa possunt aliter definiiri. Elementa sunt liquores producti à metallis, & conuersi in limos deserti diuersas habentes operationes. Ista diffinitio conuenit lapidibus preciosis, ut monitum est in Canone 44. 1. lib. ubi de illis lapidibus tractatur. Ex quibus quidem diffinitionibus, clare patet, quod magisterium omnium lapidum consistit in diuisione elementorum, & duplicis liquoris. Qui uero ad artem procedere uoluerit sine diuisionibus prælibatis, fantasticam habet intentionem. Positum est autem istud principium in arte ista, ut artista se regulet in processu huius artis secundum conditiones, quibus in ista figura conditionatur, & cum ipso, & cum alijs principijs ipsi applicatis, & inde oriatur particulare quod quæritur.

¶ De alio principio huius figuræ, quod est uas.

A Lembicus est 17. principium huius figuræ S. Quod est significatum per k, & per ipsum cognoscit intellectus artistæ, quale est uas in quo principia huius figuræ usque ad q, debent regi operari in generatione nostri Q. Alembycus autem est uas, cum quo fit totum magisterium, sublimando, separando, decoquendo. Ex quo clare demonstratur, quod alembycus est uas necessarium in utroque magisterio. Alembycus uero est commune nomen omnibus uasis Alchimicis. Sic uas circulationis Hermetis, quod aliàs dicitur Pellicanus. In quibus uasis deponitur uirtus mineralis per artificium usque ad finem ultimum. Et quoniam satis patet per naturam practicam totam huius figuræ, quod habeat officium in processu huius artis, ideo de ipso hic plus dicere non curamus.

SECUNDA PARS

PRINCIPALIS TERTIAE DISTINCTIONIS, quæ est de practica.



Dictum est de prima parte principali huius tertiae distinctionis, quæ est de theorica & declaratione principiorum huius artis, modo uidendum est de secunda ipsius parte principali, quæ est practica. In qua uidebitur qualiter & quomodo combinantur uel componuntur, ipsa principia in operatione nostri lapidis. Et primo de practica arboris philosophicalis est incipiendum.

Completa ergo principiorum declaratione, cum quibus Artista consistit conditionatus ad intelligendum unius cuiuscunque operationem secundum modum suæ naturæ. Nunc de practica, quæ est finis & complementum Theoricæ dicemus. Et primo sic de primo modo practicandi in arbore philosophicali inchoemus.

Accipe uinum rubeum uel album, & fac de eo ut supra consignauimus in prima distinctione in secunda eius parte, in capitulo primo, in §. Accipias uinū &c. Et postquam habueris coelum nostrum, seu Mercurium uegetabilem, secundum magisterium dicti paragraphi conditionatum, & per magisterium capituli iam dicti & partis eius quæ incipit: Facta per multos dies, in §. & cum foramen aperueris, per totum usque ad §. quod si non inueneris &c. Item recipe x uel y calcinatum per magisterium capituli iam dicti, quod incipit: In hoc loco decreui, in 4. Canone eiusdem libri, §. & magisterium huius secreti, per totum capitulū. Seu recipe © uel c, dictorum quod melius erit, & facias ipsum per magisteriū capituli quod
incipit

R A I M V N D I L V L L I I

incipit: Licet supra docuerimus, sicut diximus supra in Canone tertio in §. quo facto &c. deinceps usq; ad finem ipsius capituli. Quibus habitis, seu quolibet illorum scias pondus dicti nostri d, & si fuerint tres libræ de lunaria, ponas de © 3 2. 5. sed c calcinati ponas 3 duplas, & ponendo d cum c uel © in g, & fac coniugium, & claude uas ualidissime, cum luto sapientia, facto de albugine oui, & calce uiua, & uas sit factum ad modum cuiusdam figuræ hic positæ ut scis, quod prius pone in balneo maria, aut in fimo calido, quem facies sic ad angulum domus, ubi 20. uel 30. onera fimi posita fuerint, uel etiam plus, quia quanto plus tanto melius, taliter ut semper ardeat, sine adiutorio aliquo. Securior est tamen operatio balnei, timore recessus caloris à fimo. Nam ignem oportet ibi habere suum actum cõtinuum, quod si defuerit ad malum esset opus, quia sequeretur priuatio finis. Da igitur sibi ignem quouis istorum modorum successiue, & sine intermissione quousq; p h, ueniat ad f, & de f ad i, quod cognosces quando generari incipit alius color, qui erit niger. Non tamen arbitreris ipsum colorem nigrum esse admodum encausti. Sed ille color est ad modum grani mali punici obscuri. Et postquam tale signum uideris intelligas tunc c uel © & d, transire per h fi & p, & quod facta est ibi colligãtia amoris inter c uel © & d, & unum iam esse conuersum in aliud, deinde continuando decoctionem, sine intermissione, & tẽperate in © incepit ingredi li, & durat li, per k, usq; ad M, quoniã mortificatur color ille niger & per continuationem decoctionis, temperate, ut dictum est, album k oritur, & cũ in © d apparet album k, tunc est signum demonstrationis, quod ossa & nerua infantis nostri incipiunt coniungi in 30. numero i a calore, & durat ista operatio usq; ad k croceum, & postquam oritur k croceum, tunc artista intelligat, quod corpus nostri infantis est formatum, & compo
situm

litum, & complete organizatum, & incipit præparari, ut spiritus uegetabilis ingrediatur in ipsum, & durat natura in ista præparatione, donec k croceū euanescat, & oriatur k rubeū, & cum ortum est rubeum k, tunc in corpore nostri infantis est anima uegetabilis, & tunc artista debet intelligere, dictum infantem esse in fine terminationis corporis & animæ, tunc ueraciter artistam computum dierum habere oportet in mente, à quibus est incepta generatio nostri infantis, quam generationem cognoscat postquam ibi actus finem suum adimpleuit, & ut ad oculū notare poterit, & ab ipso tempore usq; dum compleatur bis tantum tempus ignem sibi incessanter administra re non prætermittat, quo tempore finito, dimittat ignem usq; quo frigescat. Quo frigefacto inueniet artista infantem nostrum, rotundum admodum ouī, quem extrahet & mundet, & accipiat ipsum & ponat in quodam uase uitreo bene mundo, & ponat ipsum in furnum decoctionis, quod est balneum siccū, seu stufia sicca, per sex dies naturales administrando sibi ignem successiue per unum modum, taliter quod ubi steterit uas grauius possit ibi manum intus sustinere, & tunc extrahat ipsum, & preciosissime obseruet, ad temporis oportunitatem, de quo unum supra duo millia sufficiens est, multiplicare similitudinem suam in substantijs extra.

Nota bene uerbum Q e M, cum Q e u. simul mixta in compositione lapidis secundum pondus sumpta facit solutionem uehementem & accurtabit opus maius siue minus, ut infra patebit. Ideo sis cautus in prima compositione lapidis philosophicalis.

Est etiam aliud ex secretis naturæ, Quomodo artista de M facere potest q, & modus est iste, ex lib. 3. nostri dicti menstrui, & 3. 2. dicti ☉, uel 2. 5. secundum conditionem prædictam, & de M ex solum pondus 3. 1. & per triginta dierum
x spacium

RAIMVNDI LVLLII

spacium totum illud erit conuersum in q, faciendo ignis operationem temperate, & sine intermissione regulando ipsum per k, secundum maius & minus, usq; quo uideris corpus unum rotundum cum rubore, si est ad rubeum, & si ad album tunc uidebis eum cum albedine metallina. Et hic debet artista notare, quod k dixerunt in generatione nostrorū infantium, nam k infantis q, rubei conditionata sunt, ut supra dictum est. Sed k generationis infantis albi q, sunt conditionata alia conditione. Nam primum k est uiride sine rubore. Secundum k, quod est signum coniunctionis partium ad totum, & est ad modum crocei coloris mixti cum rubore splendido. Tertium k, quod est signum terminationis corporis infantis, est album splendendum. Aliud k, quod est signum ingressionis eius animæ in corpus, est album niueum, mixtum cum k metallino, & cum isto colore exire debet, & nasci à uentre matris. de quo pondus unū super tria millia S t, potens est speciem suam multiplicare, & de 3 super 7000. & isto colore facere potest ut supra.

Item sciat artista in nullo opere alchimico tempus omnino certum fuisse, quoniam aliquando noster infans citius oritur, & hoc est, quia calor per accidens fuit communiter fortis, & aliquando tardius, propter defectum fortis caloris, ut patet in foetu, quoniam aliquando oritur ad menses septem, aliquando ad menses nouem. Nam & hoc contingit pluries in iuuenibus mulieribus, in quibus calor naturalis est intensior, & fortior, & aliud in illis, in quibus calor est remissior, & non uigorousus. Tamen k est ipsi artistæ signum in magisterium totius operis, & per ipsum potest se regulare, quod noster infans est in h, & hoc dum uiderit totum liquefactum, & incipit oriri k nigrum, & tunc sciat ipsum esse in g, & quod transit per f, & postquam ueniet k croceum, intelligat artista corporis organisationem, & ipsum esse formatum. Et postquam uenit k rubeum

beum

beum, intelligere tunc debet artista corpus esse cum anima, & tunc intelligat, quod debet sibi dare ignem, ut supra, usq; ad ortum & natiuitatem eorum. Et sicut diximus de isto k in generatione rubei, ita dicat artista de k in generatione & magisterio albi, secundum suum modum, ut supra explicatum est. Et cum talibus signis, & doctrina magisterium huius artis, artista secure poterit operari secundum practicam & magisterium, & secundum conditionem arboris philosophicalis. Et hoc respiciendo principia huius artis, qualiter in dicta arbore sunt situata, & respiciendo declarationem eorum, & doctrinam huius practicæ erit perfecte operans, & artista maximus in opere Alchimico.

¶ Sequitur secunda pars practicæ.

De modo practicandi per processum & doctrinam figuræ S, & tabularum. Et primo de modo practicandi Camerarum figuræ S, & primo de Cameris, quæ sunt contentæ intra ipsam figuram. Opus minus, ex quo possunt capi particularia infinita.

Dictum est de modo practicandi, per processum & doctrinam secundum conditionem arboris philosophicalis, nunc est dicendum de practica figuræ S. Quæ dupliciter consideratur. Primo modo secundum conditiones tabularum quas habet in se & extra se. Alio modo sermocinaliter, ubi est prolixus & specificatus modus. Et modus tabularum consideratur dupliciter. Tabulæ quæ sunt intra figuram, demonstrant & dant doctrinam, quomodo potest artista operari de quolibet corporum materialium per se singulariter, taliter, ut q eius opus faciat supra idem. Aliæ tabulæ quæ sunt extra figuram, dant ipsam doctrinam, quomodo artista simul ex duobus, uel

x ij tribus

R A I M V N D I L V L L I I

tribus, uel quatuor ad placitum operari potest, ut secundum eorum conditionem, dictorum q, conditionetur, in transformatione earum, & primo de tabulis quæ sunt intra figuram.

¶ De prima consideratione tabularum figuræ S, quæ est de quolibet eius ente per se singulariter, ut intelligens artifex agat prudenter.

IN ista parte proponimus dare doctrinam in opere mino-
ri, per tabulam figuræ S, quæ sunt intra, & per tabulas, quæ sunt extra, ut intellectus artistæ consistat ordinatus ad ultimam maneriem habendam in eius magisterio. Et de doctrina tabularum quæ sunt intra, talis est prosecutio, incipiendo à tabula, quæ incipit; scilicet c s, ita quod processum singularem ipsius tabulæ significata Camerarum declarabimus, & secundo dictas cameras transuersaliter, incipiendo à camera superiore, ueniendo ad lineam rectam ad cæteras breui sermone dicere proponimus. Ut sicut dictum est de modo, quem tenebimus in dictæ tabulæ pansionem, sic de alijs persequemur. Nam & per hanc declarationem artista huius artis potest se regulare & suum intellectum, ad practicandum in hac arte primarum camerarum & secundarum & tertiarum, & sic de alijs procedendo recte circulariter aut transuersaliter, & sic de alijs. Vnus est enim modus significandi, sed differentia consistit in ratione subiectorum differentium, & sic potest dicere de omnibus alijs tabulis, & earum cameris. Nam de camera de c s, significatur in hac arte, quod s est unum de subiectis cum quo habet operari artista huius artis. Et etiam significatur in ipsa camera, quod s est corpus, & non spiritus. Et etiam habet intelligere artista, quod filius eius à uentre eius exuberare debet, qui quidem filius dicitur spiritus, seu argentum uiuum

uum

uum, uel materia apta ad recipiendum quamcunq; formam, sed istum modum satis specificabimus in practica sermocinali. Et sicut diximus de camera c s, etiam potest dicere de camera c t, & c u, usq; ad Camera m c y, secundum suum modum. Sed est differentia inter istos spiritus. Quoniam quidam sunt qui dicuntur esse formales, alij uero dicuntur esse materiales. Spiritus uero qui dicuntur esse formales, id est apti nati, ut ex eis efficiatur forma, sunt qui exuberantur ab x y. Alij quidam qui dicuntur esse materiales, id est, apti nati ad suscipiendam formam sunt spiritus, qui exuberantur ab S t u z. Vltterius ueniamus ad tabulas, quæ inferius sub istis sunt situatæ, eundem processum habentes, & in prima Camera quæ est ds, incipiendo, usq; ad camera m d y, non capiendo cameras transuersaliter, significatur, quod quodlibet prædictorum corporum habet coniungi, cum lunaria, ut expedit in suo uase, quibus ita situatus alia camera, quæ inferius sub istis sunt immediate, quarum prima est e s, ultima uero s y, significant prædicta corpora calcinari debere, intus in suo uase cum sua lunaria, & est alia calcinatio, quæ in u & z, fit antequam ista fit cum lunaria, & alia quæ similiter fit in x y. Et de hoc quere in declaratione calcinationis in quinto principio figuræ S. Quia quidem calcinatione cum lunaria facta in dictis corporibus, alia camera

cs	ct	cu	cz	cx	cy
ds	dt	du	dz	dx	dy
es	et	eu	ez	ex	ey
fs	ft	fu	fz	fx	fy
gs	gt	gu	gz	gx	gy
hs	ht	hu	hz	hx	hy
is	it	iu	iz	ix	iy

quæ immediate sequuntur ipsa (quarum prima camera est f s, & ultima fy,) significant quod ista corpora postquam calcinata sunt, inuenire lunaria, quod ibi debeant dissolui, ut requirit & iubet practica sermocinalis. Quibus dissolutis alia camera quæ immediate

x iij sequun-

R A I M U N D I L V L L I I

sequuntur significant quod dicta corpora euacuari debent & spiritu suo, ut in dicta practica sermocinali explicatum est. quibus bene à spiritu euacuatis, ut expedit, alia camerae quae immediate istas sequuntur, significant quod dicta corpora euacuata multiplicari debent, & etiam significant, quod in omnibus istis operationibus artista se debet regulare per practicam sermocinalem. Nam ibi de omnibus istis consistit modus specificatus, & sic est finita significatio istius primae tabulae intra ipsam figuram S existentis.

¶ De secunda tabula intra figuram S.

Dicto de prima tabula, quae est intra figuram S, transeamus ad secundam eius tabulam, cuius prima camera est d f s, & ultima d f y. Et ista tabula est subiectum per quod artista se regulat in operatione solutionis euacuationis, multiplicationis, & in cognitione spiritus, & hoc cognoscendo & regendo se per modum, ut est subiectum positum in hac tabula,

df s	df t	df u	df z	df x	df y
dgs	dgt	dgu	dgz	dgx	dgy
dhs	dht	dhu	dhz	dhx	dhy
dis	dit	diu	diz	dir	diy

quo mediante principia in hac tabula diriguntur in magisterio operationis praesentis, quod quidem est d, de quo subiectum facimus, & de

quolibet uero corpore praedicatum, & de alijs principijs, ibi positis medium influens, & etiam refluens, & naturam sapiens utriusque. Et de hoc exemplum dabimus in una camera, ut per ea quae dicta & manifesta fuerint de ipsa, intellectus existat artificiatu de alijs Camerae illius tabulae secundum suum modum, sicut camerae superius d f s. Cuius uero camerae subiectum

ctum

Etum est d, prædicatum uero s, & medium est f. Nam ibi d est principium agens in s, mediante f, sicut bonitas agit in bonificabile mediante suo fine, sub quo fs se reddit passiuum, naturam f in se recipiens, & sic f medium est sapiens naturam d s, inquantum ab ipso primarie procedit, & naturam sapiens s, quoniam ipsum induit f ipsum s suam similitudinem, & ipsum f seipsum induit in similitudinem ipsius s, quam similitudinem ipsi d representat, & sic lunaria est principium mouens, & hoc cum f, cum quo instrumentum facit, & sicut diximus de ista camera simili modo dicere poteris de alijs cameris, scilicet ubi est f ponendo s in g, uel h uel i, & per hoc intellectus artistæ constat regulatus in significatione istius tabulæ. Et hoc intelligendo, quod dissolutio & euacuatio, spiritus quæ habent fieri in dictis, & ex dictis S t u x y z, necessario habent fieri cum lunaria. Nam modus istorum trium principiorum specificatus est in practica sermocinali.

¶ De tertia tabula figuræ S, quæ est intra ipsam.

Peracto isto magisterio istius secundæ tabulæ, oportet artistam transire ad tertiam tabulam, cuius prima camera est i s, ultima uero i y. Et primæ literæ huius camerae superioris, quarum prima est i s, & ultima i y significant, quod s t u x y z

i s	i t	i u	i z	i x	i y
l s	l t	l u	l z	l x	l y
m s	m t	m u	m z	m x	m y
n s	n t	n u	n z	n x	n y
r s	r t	r u	r z	r x	r y
o s	o t	o u	o z	o x	o y

conuertuntur in i. Item aliæ camerae immediate sequentes, quarum prima est l s, & ultima l y, significant, quod postquam dicta S t u x y z, conuersa fuerint in i, quod artista ista necessario habet conuertere in l, & de l in m, &

&

R A I M U N D I L V L L I I

& de m in n, & de n in r, & de r in o, ut clare patet per proces-
sum camerarū huius tabulæ, sicut camerae immediate sequen-
tes cameras iam dictas, quarum prima est l s, & ultima l y, si-
gnificat, quod debet transmutari in m, & aliæ camerae, quæ im-
mediate sequuntur, quarum prima est m s, & ultima m y, signi-
ficant quod m debet transmutari in n, & aliæ camerae imme-
diate sequentes, quarum prima est r s, & ultima r y, significant
quod transmutatio in dictis debet fieri mediante r, quære in
practica sermocinali. Nam ibi horum principiorum huius ta-
bulæ clarissime p̄nsus est modus. Item ultimæ camerae huius
tabulæ, quarum prima est o s, & ultima o y, significant, quod
adhuc ex M fiat in n, & loquitur quod m transeat primo per
o, quod quidem o ex dictis fieri debet in balneo, aut in fortissi-
mo fimo fortissimi caloris. Et si forte fuerit duræ dissolutio-
nis, applicet sibi artista quandam modicam quantitatem no-
stri Mercurij uegetabilis, & sic cito uertetur in o, & tunc for-
ma & materia sunt paratæ.

¶ De quarta tabula intra figuram S.

C Ompleto itaq; magisterio præcedentis tertię tabulæ, ar-
tista transeat ad hanc quartam tabulam, cuius prima ca-
mera est d l s, & ultima uero d l y, & significatum illarum ca-
merarum huius tabulæ accipiat artista transversaliter, scilicet
incipiendo a camera d l s, usq; ad cameram d l y. Et etiam in-
cipiendo a camera n f s, usq; ad cameram n f y. Nam istarum

d l s	d l t	d l u	d l z	d l x	d l y
n f s	n f t	n f u	n f z	n f x	n f y
m q s	m q t	m q u	m q z	m q x	m q y

camerarū, qua-
rum prima est
d l s, & ultima
d l y, modus si-
gnificat, quod
unum

unum quodlibet istorum S t u x y z, transeāt ad l, per medium agens illum motū trāsmutationis quod debet esse d, per quod artista intelligens intelligere debet, quod absq; ipso d minime y in l transire potest, nec etiam trāsmutari ualet. Aliæ uero camerae, quarum prima est m q s, & ultima m q y, significant quod l transire debet in m, in quo quidem M sunt prope Q, & hoc dictum est, quod sunt in penultimo gradu accessionis ad Q. Aliæ uero camerae, Quarum prima est n f s, ultima uero n f y, significant quod m x y, aptum natum est, ut sit forma, & aliud m, scilicet s t u z, aptum natū esse ad receptibile dictæ formæ. Et hoc intelligere debet artista, quod de necessario m de x y, habet conuerti in o, ut dictum est supra. De alijs uero artista curam nequaquam habere debet, nec etiam laborare, quod conuertantur in o, tamen si affectauerit, & ipsa transire fecerit ad o, bene quidem erit. Itaq; erit q fortius in operatione. Et modum quem designat ista tabula quære in practica fermocinali. Nam ibi satis clare librauimus doctrinam practicae principiorum huius tabulæ, taliter quod si liquide obiectare uelis, si exierit, id quod sequitur & quæritur, in hac re lucidius rutilabit.

¶ De quinta tabula intra figuram S.

ET completo magisterio secundum doctrinam prælibatæ tabulæ transitus suos operationis huius artis in aliam, scilicet quintam tabulam artista dirigat. Cuius prima camera extat o x, o y, ultima uero o p m q. Et primæ camerae significatū est, quod ex x habet fieri o, similiter & ex y habet fieri o per quatuor elemētorū separationē, & hoc designāt quatuor puncta in media camera existentia. Et quoniam iste modus est aliquo qualiter grauis, sufficit tibi, quod postquam dicta x y transmu
y tata

RAIMVNDI LVLLII

o x o y	o p m q
m s	m t	m u. m z.

tata fuerint in m, quod dictum m ponas in f, & facias si duræ disso-

lutionis fuerit, ut dictum est supra, aut per modum primæ distinctionis canone tertio, in secunda parte, in capitulo quod incipit: Licet supra docuerimus, in §. quo facto. Quodlibet istorum modorum, & dictum m s, aliæq; camerae inferiores significant, quod m de s t u z, formari debent cum o, de x y, quo facto & finito, aliæ camerae ultimæ significant, quod dictum M, dictorum s t u z, per o p quiescit in q m, quo finem terminationis & perfectionis attingant, sicut principia artis generalis in substantiæ constitutione.

¶ De sexta & ultima tabula, intra figuram S.

VEruntamen artistam huius artis transire oportet ad tabulam reliquam, scilicet sextam, intra ipsam figuram S, cuius prima camera est s t, & ultima z y. Et per omnes camerae istius figuræ significatur modus conuersionis, quasi simplicis, quæ sit ex ipsis in tertium, quod quidem tertium est tot consideratum modis, quot omnes aliæ tabulæ sunt intra istam figuram existentes, & etiam extra. Et modus significationis

s t	s u	s z	s x	s y
t u	t z	t x	t y	
u z	u x	u y		
z x	z y			

istius tabulæ talis est. Nam certum est, quod s t u x y z, conuertuntur in i, & s est t in i, & s est o m i, & n est s m i. Et sic potest dici de omnibus alijs cameris istius figuræ, secundum suum modum applicando dictam conuer-

sionem ad l m n o q, cognoscit intellectus, quomodo existit ista conuersio conditionata inter dicta s t u x y z, in numero tertio

tertio

tertio, id est colore croceo resultato ex eis, secundū quod artis
 stæ huius artis placuerit, & prædictæ conuersiones quas feci-
 mus, ita ualent sicut si diceremus s t, sunt unius & eiusdem na-
 turæ in i, ergo sunt idem in i, uel l m n o q, in quibus quidem
 istorum ipsis dictis s t u x y z, existentibus extra naturam, &
 antiquum esse, & habentibus aliam naturam, ex eis indiuidua
 tam, & multiplicatam per uiam generationis & processionis
 i l m n o q, & proprius hoc dici potest, in q, quàm in i l m n o.
 Quoniam q est substantia multiplicata ex eorum unitatibus,
 quæ quidem uirtutem unam habent ex omnibus istis, & ex eo-
 rum multiplicatione existit multiplicatio sua, & in ultima uni-
 tate simplici à se ipsa tantum, & non ab alia. Quam quidem
 ultimam unitatem, quodlibet dictorum s t u x y z, antequam
 conuersa essent in q, non habebant. Quæ uero unitas postea
 se extendit in multiplicatione principiorum extra existentium,
 taliter, quod in substantiis iam dictis, uel subiectis fiat augmen-
 tatio suæ formæ, & operum uirtuosorum multiplicatio. Et sic
 finita est doctrina tabularum, secundum quas & quam, artista
 se potest regulare in magisterio operis minoris tangendo
 quamlibet tabulam, & principia eius cum triangulo uiridi,
 & per rationes trianguli rubei mixtis cum eodem triangulo,
 inueniet qualiter principia tabularum sunt conditionata per
 triangulum croceum. Et de hoc idem dabimus leuiter ex-
 emplum.

Pone primo angulum differentia inter tabulas, & inuenies
 ibi, qualiter differentes sunt ministerio. Quia quædam est cuius
 prima camera est t s, alia est cuius prima camera est i s. Itē
 etiam differunt, quia quædam est, quæ circulationis lineas ha-
 bet nigras, alia pallidas, alia rubeas, alia lazurinas. Et etiam
 alia tabulæ sunt, quæ lineas mixtas habent utroq; colore, ut ha-
 betur in figura. Conditionatis sic dictis tabulis, oportet arti-

y ij stam

R A I M V N D I L V L L I I

stam earum cameras conditionare per dictum angulum, & hoc satis patet. Quibus sic cōditionatis, oportet artistam conditionare earum camerarum significata, & in hac conditione miscere oportet angulum concordantiæ, scilicet qualiter dictæ camerae differentes ministerio, concordantes sint in eadem operatione, sicut sunt camerae c s, & c n, & cætera, quæ differentes sunt ministerio, tamen concordant in una & eadem operatione. Differentia est inter s & t significando, & conditionantur operationes dictarum camerarum in generatione naturali, sicut generatio quæ generat, & priuatio quæ priuat. Et differentia istarum, non est nisi propria indiuidua specierum, sicut generatio hominis & leonis, plantæ & herbæ, & sic de singulis. Quoniam generatio generat esse unum mediante homine, aliud mediante leone. Et sic de priuatione suo modo potest dici, cum generatio nihil aliud faciat, quæ acquirere finem suum propter quæ est de y l e, uia creationis deducta sicut e k h & c. Tali modo conditionatur in finibus suis. Quibus itaq; principijs positis, & conditionatis sub angulis differentiæ & concordantiæ, reperiet artista, quod e f g h i k l m n o p r q, habet unam conditionem in s, & aliam in t, & aliam in u, & sic de alijs. Et etiã s unam conditionem habet in quolibet istorum, aliam cum t, & aliam cum u, & aliam cum x, & aliam cum z, & aliam cum y, & etiã t unam conditionem habet cum s, & aliam cum u, & aliam cum x, & sic de alijs miscendo literas quaslibet cum alijs, ut modus est datus in tabula conuersionis, cuius prima camera est s t, & ultima z y.

Et potest artista reperire aliam conditionem miscendo s t, cum u, & cum z, uel u z cum t, uel cum s, uel z t cum s, uel cum u, & sic potest artista multiplicare conditiones literarum quaslibet cum alijs. Et quantis maneriebus diuersis fit mixtio literarum, tantis cōditionibus conditionatur q. Et ista mixtio breuiter

breuiter

breuiter patet in cameris quæ sunt extra figuram S. Conditio-
natis igitur, & deductis dictis cameris & tabulis, per angu-
lum differentiæ & concordantiæ, oportet de necessario, quod
dictas literas dirigat ad Q, per dictam differentiam & con-
cordantiam, quod inter e f g h i k l m n o p q & r, arboris philo-
sophicalis, non fit angulus contrarietatis taliter, quod finis di-
ctarum literarum fini alterius literæ non contrarietur, sic ut fi-
nis r arboris philosophicalis non contradicat fini e uel f, & cæ-
teris, quod fieri potest, si artista defecerit in eius administra-
tione. Item post istam conditionem artistam deducere oportet
dictas literas per triangulum rubeum, conditionando quam-
libet literam, secundum suam propriam rationem, in dicto tri-
angulo, & hoc mouendo intellectum, ut discernere sciat, quod
est proprium & primarium principium, in quo magisterium
incipi debeat, & etiam discernendo, quis & qualis erit finis om-
nium principiorum in terminatione & perfectione. Et sic
etiam de medio secundum suum modum dici potest, scilicet
quod eius duas species solummodo hic artista conditionare
potest. Nam ista quæ orta sunt de triangulo rubeo clare pa-
tent in quatuor angulis rotulæ ad quatuor angulos figuræ po-
sitis. Et alias rationes, quæ de isto triangulo fieri possunt, dimit-
timus artistæ bene obiectanti. Deinde uero dictis literis bene
conditionatis sic per triangulum rubeum oportet artistam de-
ducere ipsas per triangulum croceum, secundum quod quælibet
litera est maior in perfectione quam alia, sicut M, quæ ma-
ior est quam l, & l maior quam i. Et hoc etiam potest dici de
minoritate, nam correlatiue se habent. Item per æqualitatem
oportet eas deducere, sicut e quæ est æqualis f, & fg, & g h, & h
i, in cõstitutione subiecti, quod est q, & etiam quæ æqualiter se
coadequat omnibus literis existentibus in ista figura, secundum
suum modum, & etiã quodlibet, & alia quæ de applicatiõne huius

y iij trian

RAIMUNDI LULLII

guli ad principia huius figure possent dici, dimitemus artistæ bene intuenti causa breuitatis.

Et etiam artistam decet applicare dictas literas ad triangulum nigrum, per quam quidem applicationem, artista maxima secreta totius alchimici magisterij reperiet, quoniam per conditionem ipsius facit locari principia successiue unum post aliud suo loco proprio in practica magisterij, & hoc supponendo, & affirmando, aut negando conditionem principiorum, secundum quod sunt affirmabilia uel negabilia, sic dicendo: Vtrum $s t u x y z$, transire possunt & transmutari in l , absentibus $e f g h i k$, tunc per suppositionem demonstratur negatiua tenere, quoniam deficeret medium locale, quod est $k s$, & etiam $e f g h i$ deficientibus, deficeret triangulus uiridis, per quem generatio & corruptio in ipsis $s t u x y z$, oportet fieri, ut per dictam generationem & corruptionem, & priuationem dicta $s t u x y z$, transmutentur in l , est ergo impossibile, secundum conditionem huius artis, & secundum conditionem, qua conditionantur dicta $e f g h i k$, in hoc magisterio, earum absentia $s t u x y z$, transire ad l . Et sic potest dici de e . Vtrum posset esse ante f , & fante g & c. in dictis $s t u x y z$, & secundum conditionem dictarum $e f g$, inueniet artista, affirmatiuam tenere posita in necessitate, scilicet ante quam dicta $s t u x y z$, mutentur in f , & de necessitate oportet eas prius suas formas in e alterare. Quoniam si suas formas in e prius non mutarent, in f transire minime possent. Et hoc uult conditio. Et secundum has affirmationem, scilicet & negationem, artista potest regulare intellectum in alijs affirmationibus & negationibus, quæ fieri possunt, de conditione principiorum huius artis, scilicet, utrum opus minus possit fieri absq; M , abstractum ab $s t u z$: & hic respondetur quod non, quia deficeret medium eorum naturam sapiens, in cuius absentia $x y$ non possent transmutare prædicta

cta

cta s t u z, in suam speciem. Et hoc uult diffinitio mediij, quod
 q habeat esse compositum de M, dictorum s t u z, & de o x, uel
 de o y, ut sit quodlibet medium q, naturam sapiens utrorumq;
 taliter, quod dictum q, ratione cōcordantiæ, quam habet cum
 dictis s t u z, & dicta s t u z, dent sibi locū per omnes suas par-
 tes, taliter ut in dictorum parte minima, sit pars minima q,
 quas partes ratione suæ subtilitatis penetrat. Et quoniam ma-
 teria illa q, quæ abstracta est à dictis s t u z, formata est per
 omnes suas partes & colligata forma extranea uinculo insepa-
 rabili, & proprietate uegetabili, quam à lunaria recepit. Di-
 cta s t u z, sua forma informat, taliter quod in minima parte
 dictorum s t u z, est uere & realiter minima pars ipsius formæ
 deponendo formas antiquas ipsorum s t u z, quæ in ipsis in
 actu erant, in potentia, per cuius uim ipsa s t u z, mutantur in
 x uel in y. Et secundum hunc modum reperiet artista huius
 operationis ingenium, secundum omnimodam rationē, per
 negatiuam existere, & eius contrarium per affirmationem
 esse negabilem, scilicet quod opus minus non possit fieri absq;
 M, dictorum s t u z, ut patet rationibus supra dictis. Non au-
 tem est sic in opere maiori, & hoc uult conditio nostri Mercu-
 rij uegetabilis, qui est medium concordans cum quocunq; isto-
 rum. Et per illa quæ dicta sunt de dictis triangulis, consistit ar-
 tista huius artis regulatus, & artificiatus in opere isto minori,
 & in opere maiori cōditionando istos triangulos in eo, secun-
 dum suum modum pro ut cōditionati sunt in hoc loco, & cum
 dicta applicatione dictorum triangulorum ad dicta magiste-
 ria, & dictorum rationes, artista habituatus erit de maxima
 scientia ad quam forsā pauci peruenerunt. Posuimus au-
 tem dictas duas quæstiones, solummodo causa breuitatis, eo
 quoniam istam artem breuiorem alijs artibus, quas fecimus,
 uoluimus facere, in quibus artibus prolixius & extensius de
 his

ruckt

his

his magisterijs tractauimus, sicut in nostro Testamento, & codicillo, & arte magica, in quibus figuras fecimus consimiliter & tabulas. Nam ista ars respectu operis alchimici considerat id, quod dictæ artes considerant, & etiam quodcunq; plus, nam hic datus est modus iurare clarior. Nam in alijs materijs, de qua Mercurius noster ducit ortum, curam minime posuimus. Hic uero etiam, ut artista ad sensum notare ualebit, per primam distinctionem, & per arborem philosophicalem æque, nam artista huius artis per applicationem quam fecimus, dictorum triangulorum quatuor huius artis notare potest, & per semetipsum facere multas alias applicationes, secundum quod multimode dicti trianguli in arte ista conditionantur, cum quibus applicationibus & mixtionibus quibusdam ab alijs differentibus diuersas habet condiciones, secundum quas ipsum regulari oportet in magisterio huius artis, quas nunc dimittimus causa breuitatis. Quia ipse per ea quæ hic dicta sunt regulari potest ad alias rationes inuestigandum.

¶ De abstractis tabulis à figura S, quæ sunt extra.

DICTO de magisterio tabularum figuræ S, quæ sunt intra ipsam figuram, & de earum significatione, in quibus etiã artista de ipsa figura s, magnam scientiã facere potest. Nunc dicendum est de tabulis abstractis ab illa, quæ sunt tabulæ existentes extra. Et modus ipsarum tabularum, quæ sunt extra conditionatur secundum modum tabularum, quæ sunt intra, in omni sua designatione. Nisi quia per tabulas quæ sunt intra, doctrina datur ad elixir componendum de M s t u z. Et hoc dicto M exeunte abstracto, tam ab s tantum, uel à t tantum, uel ab u tantum, siue à z tantum. Tabulæ nostræ quæ sunt extra, dant modum operandi de duobus uel tribus, uel de omnibus

nibus

nibus quatuor, & hoc est ad artista placitum, secundum quod
 q ex eis uoluerit conditionare. Et etiam per eas modus datur,
 qualiter fit o ex x & y. Et omnium istorum unus est modus per
 e f g h i k l m n o p r, & per k arboris philosophicalis, nisi quia,
 si duo uelis coniungere, ponas ea simul in e mediante d, & po
 stea in f g h i k l m n r. Et si est x uel y, postquam fuerint in M
 redacta, dictum M ponas tunc in h, & si fuerit M durum in h,
 mitte sibi modicum de sanguine menstruali, & M conuertitur
 in o. Nam respicit tabulas & obiectat eas, & facit elixir, secun
 dum quod sibi placuerit. Nam ualde generalis est ista ars, &
 plura in se continet particularia, quæ hic non dicemus causa
 prolixitatis, quoniam artista bene intuens doctrinam huius
 scientiæ ipsa inuenire poterit.

¶ Sequitur practica in opere minori, quæ dicitur
 practica fermocinalis.

Diximus de modo & doctrina figuræ S, & tabularum ab
 ea abstractarum. Nunc dicemus de doctrina quæ ha
 betur secundum practicam fermocinalem, quæ naturæ speculum
 est operis philosophicalis minoris. Per quam quidem artista
 expressam habebit doctrinam ac notitiam ad practicandum
 elixir, aut q philosophorum artificialiter componatur.

¶ Quomodo debeat fieri calcinatio in opere minori.
 Patet enim hoc capitulo suo de calcinatione in
 declaratione tabulæ S. ut supra.

FActa calcinatione cuiuscumq; corporis uolueris, secun
 dum modum antedictum, ut expressum est in prima par
 te libro primo, ubi tractatur de calcinatione. De modo practi
 z candi

RAYMONDI LULLII

candi ultra post calcinationem, qui est de modo liquefactionis cuiuscunque calcis corporis. Attende bene & nota. In nomine domini nostri Iesu Christi. Recipe calcem cuiuscunque corporis uolueris, & pone in una ampulla, quæ habeat longum cololum, ut hic in forma, & superfunde de succo lunariæ, quæ supernatet quatuor digitis, & postea pone super cineres, & bulliat leniter per unum diem naturalem. & post bullitionem pone in fimo calido, uel in stuba, per duos dies naturales, ut melius digeratur, & materia separetur per partes subtiles à grossitie sua, trāfacto termino, ampullam extrahe, & recipe aquam illam claram, in una cucurbita, & caueas ne feces turbentur ratione inclinationis uasis, & in cōtinenti cooperi cucurbitam istam cū suo cooperculo, & pone in fimo uel stuba, sicut prius fecisti, uase tamen bene obturato, & facta euacuatione, superfunde aliam aquam similem primæ, ita quod supernatet, ut prius, & pone in fimo, & istas operationes reiterabis, donec corpus à suis spiritibus euacuetur, quæ continentur in euacuatione figurarum & tabularum, præcise, ut hic est. Et si tibi aqua defuerit, sume cucurbitam, in qua sunt omnes liquefactiones, & suppone alembicum, & distilla aquam, lento igne, uel per balneum, in tantum quod habeas duas partes totius liquefactionis, & tunc de ista aqua pone super materiã corporis quæ est in ampulla, usque ad quantitatem præscriptam, scilicet quatuor digitorum, & sic reiterabis donec terra sit uacua, quam primo probabis. Recipe modicum de illa & sicca ad solem, quam siccatam pone super laminam ignitam, & si fecerit fumum, reitera operationes donec uideas, quod non fumiget, tamen semper teneas dictas liquefactiones in loco calido & humido, quia melius ibidem reseruantur ad opportunitatem temporis.

¶ Qualiter terra magis subtilietur.

Cum

Cum igitur omnia ista perfecte compleueris, & signū prædictum assequutus fueris, tunc extrahe materiam tuam ab ampulla, cum aliquātulo de prædicta aqua, & pone in una cucurbita, & suppone a lembicum, ut desiccetur materia in cineribus, qua desiccata scias eius pondus, & eo scito, habeas lunariam peroptime rectificatam, in uase circulationis, id est aquam nouam, & de ipsa aqua recipe tria pondera ad unū pondus terræ, & superfunde, & pone a lembicum citissime super cucurbitam, & claude bene uncturam, & cum lentissimo igne distilla, completa distillatione, dimitte infrigidari, & cum uideris, quod terra sit bene sicca, iterum pone aquam nouam in simili gradu rectificationis existentem secundum prædictum, & omnes aquas illas, quas sic à terra extrahes, pone ad partem in ampulla bene obturata, & omnes istas operationes reiterabis, donec terra in puluerem subtilissimum & impalpabilem sit reducta.

¶ Modus exuberationis aquæ abstractæ à terra.

Omnes sic peractis seu preparatis, recipe uas, in quo sunt omnes liquefactiones, & suppone a lembicum & distilla aquam per balneum, donec uideas in fundo uasis materiam admodum ceræ fusæ uel mellis, & tunc permittite balneum infrigidari, quo infrigidato, mitte desuper de illa aqua, quam modo extraxisti à terra, tamen quod superemineat quatuor digitis, & pone ad inhumandum in fimo uel stuba, per unum diem naturalē, uase optime obturato. Quo transacto, suppone a lembicum, & distilla aquam cum igne mediocri, & pone ad partem. Facta ista distillatione, & uase frigefacto, pone super materiam in fundo remanentem de ista aqua, à terra & extracta, quod quatuor digitis superemineat, & iterum pone

z ij ad

ad inhumandum, ut supra, & distilla iterum ut supra, & omnes istas operationes continue reiterabis, & hæc materia dicitur argentum uiuum exuberatum, siue lac uirginis, siue acetum philosophorum.

¶ Reductio istius aquæ siue menstrui exuberati super corpus suum.

Completa ista exuberatione, scias pondus prædicti pulueris subtilissimi, & imbibe eum cum dimidia parte sui ponderis aquæ exuberatæ, & pone ad inhumandū, & ad nutriendum in calore fimi per octo dies, & in fine istorū octo dierum, inuenies materiam tuam nimis humidam, & suppone alembicum, & exicca illam cum lentissimo igne, recipiendo aquam in receptaculū. Qua scilicet materia desiccata in cinere cum moderamine ignis maximi ori, iterato scias pondus, & pondere notato, repone aquam quam modo recuperasti, & de illa aqua exuberata fac complementum, ad medietatem ponderis terræ, ut prius, & iterum inhumabis, cooperiendo ut prius, & omnes istas & tales imbibitiones, & inhumationes atq; calcinationes, reitera donec terra bibat de tali sua humiditate quatuor partes sui, & hoc cognoscas ad tale signum. Quod si ponas modicum de ipsa super laminam ignitam, & euolauerit in fumum, tunc factum est. Sin autem non, tunc reitera imbibitiones & inhumationes & calcinationes lenissimas, ut supra, donec consequaris signum prædictum. Quo autem consecuto, pone super cineres, & da primo ignem lentum, & paulatim fortificando donec materia tua ascendat superius, & adhæreat ad latera uasis, & dum fuerit sublimatum, tunc dicitur corpus exuberatum in sale mirabili. Quod philosophi uocauerunt lapidem & sulphur naturæ, incera igitur ipsum cum oleo lunæ, donec

donec

donec fluat, & tunc est medicina perfecta, & proijce unū pondus super centum Iouis, dum sal siue sulphur naturæ fuerit factum de Ioue. Sed si sal est de Saturno, tunc proijce unū pondus super quinquaginta Saturni, & erit opus perfectissimum omni naturali melius. Oleum autem lunæ habet uirtutem fixatiuam, & dat fixationem leuem super omnia salia s t u z.

¶ Modus faciendi oleum de quouis corpore.

Modus generalis qualiter fit oleum lunæ, aut alterius cuiusuis corporis. Et primo de prima liquefactione. Recipe $\frac{3}{1}$, lunæ minute foliati siue limati, qua calcinata extrahe suam humiditatem, id est, suum argentum, cum succo lunariæ ut superius dictum est, qua humiditate extracta per modum liquefactionis, ut supra. Recipe uas in quo sunt omnes liquefactiones, ut supra, & suppone alembycum, & distilla per balneum totam humiditatem, ita tamen quod materia remaneat liquida admodum mellis despumati calidi, ut iam supra patuit in priorí practica explicatum.

¶ De liquefactione quæ fit cum lunaria rectificata.

Completa prima liquefactione ut dictum est, & uase refrigerato infunde super materiam liquidam de lunaria bene rectificata, ita quod supernatet quatuor digitis, & pone ad inhumandum in fimo, uel in stuba per unum diem naturalem ut supra, & facta inhumatione in crastinū extrahe, & permittite infrigidari, & quod solutū fuerit per modū liquefactionis, repone in aliud uas, quod etiā bene serua obturate in calido & humido, quo facto pone desuper alembycum, & in balneo tepidissimo desicca, qua desiccata, repone istam aquam desuper &

RAIMUNDI LULLII

& de alia lunaria recenti rectificata, da cōplemento cum talis modo, ut superemineat quatuor digitis, & iterū ad inhumanandum pone, per unum diem naturalem, ut supra. Et facta inhumatione ista, tunc fac euacuationem ut supra patet in prima practica, & istam operationem reiterabis, donec tota materia in aquam sit conuersa. Qua conuersione facta, pone ad inhumanandum per octo dies, quibus transactis, accipe uas, & superpone alembycum, & extrahe inde elementa prout sequitur. Aquam per balneum igne suauissimo & lentissimo, & sic reperies aquam tuam totam in receptaculum, inquantū per illum calorem uoluerit distillare, cessante distillatione, dimitte infrigidari, & uase infrigidato, pone totum hoc, quod distilla sti super feces, & obtura bene uas, & pone septem diebus sub fimo, uel in balneo, postea pone inter cineres, & fac ignem de serratura, uel pone in furnello, in quo sunt duo foramina, & uno clauso, distilla aerem siue oleum, & custodi ad partem, in ampulla peroptime obturata, tum si calor unius foraminis non erit sufficiens adhuc, tunc aperi aliud foramen, & facta distillatione, dimitte infrigidari per seipsum, abstrahendo sibi ignem, quo infrigidato, aperi uas, & pone illud quod in receptaculis est ad distillandum alembyco superposito, in balneum mariae igne lentissimo, & sic inde distillabitur aqua clara, & illam aquam, quam distilla sti pone super materiā infundo remanentem, quæ est aqua quam per balneū recepisti, & pone ad inhumanandum per octo dies, & postea distilla per ignem lentissimū seu tepidissimū, et recipe totam aquam quam per illum calorem extrahere potuisti, deinde fac ut supra. Recipe oleū quod est ignis, & pone in aliud uas super calorem, primo tamen calore seruato. Verumtamen nō putes, quod sic debeat esse in colore olei, sed est aqua aliquantulum spissioris gutte, prima aqua, & sic per istum modū operaberis, donec tota humiditas, siue argentum

gentum

gentum uiuū cum aqua, ex terra distilletur, & partes siccae res
maneant in fundo uasis ad modum pulueris impalpabilis, &
maior pars aquae sit in oleum conuersa.

¶ Modus reductionis praedictae humiditatis argen-
ti uiui super terram.

FActa ista euacuatione, tunc scias pondus praedicti pulue-
ris, quo notato bene, & perfecte imbibas ipsum, cum me-
dietae sui ponderis humiditatis argenti uiui ab ipso per cines-
res abstracti. Et facta imbibitione, & uase bene obturato, po-
ne ad digerendum in fimo uel stuba per octo dies, & transa-
ctis istis octo diebus, postea omnia perfice sicut in reductione
est ordinatum, nec plus nec minus, nisi quod quaelibet materia
habeat argentum uiuum.

¶ Modus dissolutionis.

Sequitur modus dissolutionis in aquam claram, quae dici-
tur oleum, sublimatione completa, recipe totum istud
quod sublimatum est tam ad latera uasis quam ad summitatem,
bene & caute deponedo, & pone in cucurbita, & cooperi cum
suo cooperculo, & iuncturam fortiter obtura, & iterum in fi-
mo calido, uel balneo maria per octo dies pone. Scias enim
quod si imposueris in fimum, tunc oportet esse magna quanti-
tas fimi, taliter quod fimum de quarto in quartum diem te non
reseat renouare, & si in his octo diebus materia in fimo non
sit dissoluta, tunc dimitte stare per plures dies, donec materia
sit totaliter dissoluta, & hoc tunc dicitur oleum siue ungentum
philosophorum, & si forte erit durae dissolutionis, appone mo-
dicum de sale nitro, tibi bene noto, bis uel ter dissoluto, & con-
gelato

gelato

-81.811

RAIMUNDI LULLII

gelato in coelo nostro, uel lunaria quater rectificata, & sic totum resoluitur cito, & sic fac in tuis omnibus resolutionibus si tibi necesse fuerit, & sic tunc habebis opus perfectum, si bene practicam intellexeris, quæ multa est in hoc.

¶ Modus incerationis.

Sequitur modus incerationis salis, uel sulphuris naturæ, de s t u z, in principio dicti, cum oleo modo dicto, recipe prædictum sal cuiusuis metalli, scilicet s t u z, factum totum uel aliquam suam quantitatem, & pone in crucibulo super cineres calidos, & dum aliquantulum fuerit calidum, impone de dicto oleo lunæ guttando guttam post guttam, paulatiue donec sit in spissitudine mellis frigidi, & tunc remoue ab igne, & dum erit frigidum, accipe de massa illa modicum, & proba ad flammam candelæ, & si leuiter fundatur, factum est, si autem non sic fuerit, tunc reitera incerationem, ut prius, donec lenissime fluat, ante flammam candelæ plus quàm cera. Practica igitur & labora, & inuenies perfectionem sine fallo. Nam & istam incerationem poteris facere cum q e, solis uel lunæ, & agatur per omnia in dicta inceratione ut supra. Nam hoc iam dictum oleum, dicitur oleum in combustibile.

¶ Sequitur de tabula indiuiduorum, quomodo & qualiter noster Mercurius extrahatur à quolibet indiuiduorum, quæ designantur per literas alphabeti.

Dicto de ordinatione tabularum abstractarum de arboribus philosophicali, & de figura S, nunc de figura indiuiduorum est dicendum, & primo de modo significandi in primata

ma tabula, qualiter noster Mercurius extrahitur à quolibet indiuiduorum, nouem designatorum per has literas, B, C, D, E, F, G, H, I, K, est dicendum, & consequenter, qualiter noster Mercurius abstrahatur ab illis, secundum quod est in potentia in A alijs rebus naturalibus.

Dictum est de magisterio figuræ S, & tabularum abstractarum ab ea, & de practica sermocinali, ubi satis declarauimus modum operationis secundum eorum doctrinam. Nunc est dicendum ut ordinauimus, de tabulis abstractis ab arbore philosophicali, & à figura indiuiduorum. Et primo de modo designato in prima tabula, Qualiter noster Mercurius extrahitur ab istis literis b h k, dictæ figuræ indiuiduorum.

¶ Modus extrahendi nostrum Mercurium ex b & k, tabulæ indiuiduorum.

Est tandem modus b & k unus, in magisterio extractio nis, & modus est, ut ponas b & k in o, arboris philosophicæ, & fac deinceps secundum magisterium primæ distinctionis in secunda parte, in capitulo: Non reputes, §. Accipias unum per totum. Quo magisterio completo r s t u, arboris philosophicæ, descendunt in ima simul, noster autem sanguis Mercurij desuper natat, & hæc sunt primæ & secundæ camerae sicut per lineam rectam discurrendo, scilicet incipiendo à camera

b d	b c	br	bs	bt	bu
h d	heh	hr	hs	ht	hu
kod	kr	ks	kt	ku	

ra b d, usque ad cameram b u, & à camera k o, usque ad cameram k u, sed in cameris quæ sunt in medio, est alia doctrina, per quam artista aliter se regulare debet, in magisterio

A &

R A I M V N D I L V L L I I

& operatione extractionis nostri magisterij, ab h figuræ indiuiduorum. In prima camera significatur, quod noster Mercurius est in potentia in m h, & ad hoc ut ipsum extrahere possimus, oportet artistam dictum h ponere primo in e, in furno vitreatorum, tribus diebus naturalibus, & eius sit multa quantitas, quoniam parua quantitas inde efficietur ad modum lapidis, quod h moles subtiliter, & ponas ipsum in g f, uel h, arboris philosophicalis, in marmore, in loco frigidissimo, & cooperies propter puluerem, & h conuertetur in t. Quod d distillet artista per filtrum, in uase uitreo, & postquam artista habuerit t ex h, sic paratum nostrum Mercurium ex dicto t poterit extrahere dupliciter, primo per magisterium dicti capituli: Non reputes me, in §. accipies. Secundario per magisterium capituli: Non prætermittam, in prælibata distinctione in eadem parte. Et hæc est tabula, quæ dat modum qualiter noster Mercurius à uino siue à tartaro extrahatur utriusq̃.

¶ De secunda tabula indiuiduorum.

D Icto de modo quomodo habetur maneries & doctrina per primam tabulam, qualiter artista huius artis se potest regulare ad extrahendum nostrum d, ex b h & k. Modo dicendum est de secunda tabula, quæ est subiectum designans artistæ modum, secundum commune dictum d extrahere potest de c d e f g i, & modus est, ut continetur in capitulo: Non prætermittam, scilicet ut à dictis c d e f g i, separentur elementa, & quod ex dictis r s t u, accipiatur solummodo r, & deinde persequitur magisterium in r, sicut in b k, per capitulum: Non reputes doctrinam, & sic habebis nostrum magisterium, id est Mercurium in summa exaltatione paratū, & hoc sunt omnes camerae directæ, & transversaliter, usq̃ ad cameram d ©
gfi,

gfi, & ista camera de d f © gi, significant mixtionem d & ©, & in ista camera d habet duplicem significationē, quoniam significat d, de b uel k & d, de c, uel de d, uel de e, & sic de alijs literis figuræ indiuiduorum. Item i istius camerae, habet duplex significatum, nam ipsum significat æqualitatem secundum doctrinam artis generalis, & secundum suum proprium significatum, prout accipitur in arbore philosophicali. Et prout equalitatem significat, habet artista cognoscere & intelligere g, quod debet fieri de d, de b k h, & d de c d e f g i, quod g fieri habet in hoc magisterio secundum æqualitatem ponderis, deinde dictis d d sic in g, æqualiter positus in k figuræ, quod est uas uitreum ad hoc aptum, conditionem habet dictorum g, secundum pondus supra declaratum, in practica arboris philosophicalis, & sic per processum prosequendo, scilicet dictæ practicæ doctrinam quousq; deueniat ad m, & hoc m dum ortum fuerit, fiat

cr	cs	ct	cu	cyd
dr	ds	dt	du	dyd
er	es	et	eu	eyd
fr	fs	ft	fu	fyd
gr	gs	gt	gu	gyd
ir	is	it	iu	iyd
d ©	gf	id	ld	md.n
Hic fiat mixtio indiuiduorum.				p
				l
				p
Mixtio de d & de b k h, & de d c e f g i, secundum æquale pondus,				d. © d
				d rs
				cū lu
				narĩa

altera mixtio de d d, per conditionem dicti i, artis generalis iam factam, deinde d m, ponantur in g, eorum secundum pondus quod assignatum est in dicta practica arboris philosophicalis, & deinceps practica huius particularis, per omnia procedit, sicut in dicta practica dictæ arboris, & sic deinceps M transeat in q, quod quidē q potest suam speciem multiplicare, in substantijs, quæ sunt extra bis quinque millibus numeris. Magnum ualde est magisterium

A ñ huius

huius tabulæ, quoniam per ipsam artista facere potest miracula super terram.

¶ De modo practicandi secundum tertiam tabulam.

DICTO de modo practicando secundum secundam tabulam abstractam ab arbore philosophicali, & à figura indiuiduorum, Nunc de practica, quæ habetur secundum tertiam tabulam, ediscere proponimus. Modus autem practicandi per magisterium huius tabulæ significationis est iste, ut habeas d de b, uel de k, & d de r, uel de s, de quauis istarum literarum, scilicet c de f g i, uel ex h abstractum, per magisterium capituli: Non prætermittam, in i, distinctione, in secunda parte. Quibus itaq; habitis & paratis, oportet artistam obiectare, dictam tabulam, & abstrahere significata camerarum. Nam primo oportet obiectare artistam, primam tabulam, seu tabulæ cameram, & secundum eius conditionem se regulare in principio operis particularis huius tabulæ. Nam prima camera, quæ est de c b d, cum puncto pallido, significat quod artista habet ponere © in g, cum d de b, uel de k, uel de h, extractum per magisterium capituli: Non reputes, in §, accipies, & d quolibet istorum posito in g, cum ©, quod g dictorum habet fieri secundum doctrinam g de d © arboris philosophicalis, & hoc in k, quod k artistam obturare fortissime oportet, ne forte d à manibus & uisceribus dicti k effugiat, & etiam in balneo ponere, & sine intermissione coquere, per dies super cameram istam consignatas, deinde ipsum k aperiat, & intus cum © d, ponas de s, quarumlibet literarum aliarum, & obturare fortiter oportebit ut prius, & d de s, oportebit tantum esse in quantitate in g, dictorum d ©, sicut secunda pars de d, & iterum decoquat per aliquos dies tantos sicut prius, & hoc significant cameræ omnes

omnes

omnes sequētes, usq; ad cameram d s i, © d b. Finitis nanq; di-
ctis diebus decoctionis successiue, & sine intermissione per al-
ios tantos dies, sicut prius, aperire oportet, scilicet 15. & de d
de r, quarumlibet literarum, & bis tantum ponere in g d, © d
de b, uel de k, uel de h, conditionatum ut dictum est, quantum
fuit d de b ibi positum, & obstruere fortiter k quantum plus
poterit in mundo, & decoquatur sine intermissione usq; ad al-
ios 15. dies, hoc artista significant omnes camerae sequentes
immediatae primas à camera r o © c d b, usq; ad cameram r s
f © d b, quoniam non sunt positae, nisi ut designent diuersam
mixtionem in hac arte. Sed diuersitatem hanc potest cogno-
scere artista in qualibet camerarum ponendo angulum diffe-
rentiae, & secundum modum, quo dictus angulus in dictis ca-
meris conditionatur, iudicare de commixtionibus. Comple-
to igitur isto magisterio g, ut ostensum est supra, omnes dictae
literae positae in g, transmutari incipiunt in M, & hoc designat
quaelibet camerarum inferiorum, secundum suum modum dif-
ferentem, prout conditio subiectorum, ex quibus est d, abstra-
ctum est differēs ab alio. Nam quaelibet istarum camerarum
positarum in hac tabula de camera © d b, usq; ad cameram
r s i © d b m, significat suam operationem differentem secun-
dum differentiam subiectorum, ex quibus oritur d. Et hoc stat
in artista placitum. Circiter haec omnia regulare habet arti-
sta per k, arboris philosophicalis, usq; quo literae quarūlibet di-
ctarum camerarū transeant & transmutentur in M, quod erit
uirtuosius omni alio huius artis. Nam potēs est speciem suam
in substantijs extra multiplicare, tredecim millibus sui ponde-
ris, & cum M huius tabulae magisterij artista huius artis reme-
dia nonnulla exhibere poterit, quibuscunq; infirmitatibus pro-
uenientibus ex humorū corruptione, quantumcunq; fuerint
graues, nisi si infirmitas sit in illo ultimo termino suae uitae.

A iij ¶ De

RAIMVNDI LVLLII

¶ De noticia practicali figuræ indiuiduorum, & qualiter ab eis extrahatur noster Mercurius, & in quibus reperitur propinquius uel remotius, aut magis aut minus.

I Am diximus de declaratione & practica arboris philosophicalis & figuræ S, & eorum tabulis, & artificialiter signauimus combinare principia huius artis, quædam cum alijs, ut artista huius artis clare hoc magisterium cõprehendere possit, ut secundum principiorum declarationes, & figurarum & tabularum practicas, iudicia faciat ad particulare quæsitum, affirmando uel negando, prout datus est modus superius taliter, ut declarationes principiorũ, & principia ipsa magis conueniant cum affirmatione, quod secundum affirmatiuam condicionantur processus huius artis, & si magis cum negatiua, etiam prosequatur secundum negationem, quam nunc indiuiduorum figuram in hac arte declaramus, quoniam per declarationem quã de ipsis fecimus, artista intelligere poterit, multa secreta huius artis, & quoniam ipsam in alijs artibus supra dictis minime signauimus.

¶ De modo extrahendi Mercurium nostrum.

E St tandem hoc aliud de secretis naturæ, ut artista huius artis cognoscat, & reuera habeat notitiam de indiuiduis, in quibus noster Mercurius repertus est propinquissime. Quare sciant artistæ huius artis in omni elementato nostrum Mercurium reperiri, tamen igitur in aliquibus tam longe, quod uita hominis anticiparet, antequam artista huius artis ipsum prout expedit, à se abstractum possideret. Quare in ista figura reuelamus, & illa quæ ipsum propinquissime possident, ut
huius

huius artis artista, super omnes alios artistas sit scitus & philosophans, & miracula quasi in opere philosophico in hac uia condiet. Vt ens primum intelligi, amari, & recoli possit, & ut ars generalis finem consequatur, propter quem deducta est in hac uia, quoniam in hoc est finis primarius & intentio, quare istam artem uiris euangelicis reuelamus. Ast uero illa indiuidua sunt b c d e f g h i k, ut in figura patebit, à quibus huius artis Mercurius, tempore modico, & loco expedienti haberi potest, ut finis consequatur totius magisterij huius. Equidem nouerit artista plures scientes nostrum Mercurium uegetabilem in omni re elementata consistere, & hac de causa uolebant ipsum à lapidibus, à paleis siliginis, à floribus, à lignis abstrahere, & ante eorum uitra rumpebantur, quam ipsum in actum deducerent. Reuera aliqui cum propinquissimis indiuiduis operati fuerunt, & ignorauerunt principia huius artis & magisterium abstractionis eius, sicut ad opus competit particulare. Quapropter artem de secretis naturæ belbelirizare dixerunt, nam c d e f g i, capiebant de succis eius, & per balnei, aut per fimi magisterium, nostrum Mercurium, in colore, pondere, quantitate & qualitate, sicut est uulgi Mercurius, deducebant, quare arbitrabantur grande secretum se repertos fuisse, postea sublimabant ipsum cum magisterio, & deducebant eius naturam in corruptionem & finis præcisionem, quare uero finem magisterij minime assequebantur. Oportet enim secundum magisterium, Mercurium nostrum in tali specie conuersum, uel Mercurium uulgi accipere, & ipsum sine aliquo naturali in aquam reducere, quod fieri potest tam flegmate mediij, si aerem eius sibi dederis infra uas, & ipsum septies per alembycum distillaueris habebis lumen perlarum, quod est pars eorū homogenea, quod uero non est de ordinatione nostri lapidis, & ergo cautela maxima adhibeatur, ut artista huius artis, Mercurium

curium

curium indiuiduorum, in talem speciem mineræ conuertat, quod si egerit contrarium huius, malum est magisterium, quoniam sequeretur priuatio finis primarij ex defectu finis secundarij. Quare dico tibi artista, Quod si uis finē conditionis hoc magisterium operari ipsum ab indiuiduis abstrahas, penes huius uoluminis magisteriū, & sic finis priuatio minime sequit̃. Nam equidem sunt aliqua indiuidua, in quibus & Mercurius liberū habet actum aliqualem, in quo uero indiuiduo dictus Mercurius, unam habet liberam operationem solummodo, & in alio duas, & in hoc artistam facere oportet, ut potius certificetur in hac arte & eius prima ueritate. Nam k est illud indiuiduum, in quo solum noster Mercurius unam habet operationem liberam in ipso k existente, ut patet in operatione aurifabrica, scilicet in eius dealbatione, sicut si in z est aliquid modicum de y, & si z ponatur in dicto k, & uisceribus z & eius demonstrationem sensualem ad superficiem deductis, & in hoc reuelatur uniculum concordantiæ inter ipsum z uel y, & ipsum Mercurium, & quod fortius est etiam, si acceperis de h, & intus ponas k, & ibi extinxeris z, contrahitur ad quandam albedinem, & ego uidi z prædictis extinctionibus ita album quod erat mirum, sed illa albedo non est permanens, quoniam deficit ibi subiectum substantiale fixum. Est & alia operatio, quam faciunt hi qui ferrum persimilare appetunt, nam in g dictorum k, extinguunt illud uicibus quàm pluribus, & contrahitur ad molliciem quandam. Quod persimilatur sicut si foret x uel y. Est autem u ualde siccum & remotum à Mercurio plusquam s t x y z. Et omnis siccitas est de ratione uacuitatis, quare u in sua uacuitate recipit nostrum Mercurium, quod est ualde humidum. Quare ipse humiditate ipsius contrahitur ad prædictam molliciem, & persimilatur quasi esset x uel y.

¶ De

De indiuiduo C.

C Vero est alterum indiuiduū, in quo existente nostro d, & habet duas operationes liberas. Nam prima est, quod si artista huius artis in ipso posuerit carnes, pisces, fructus, panem, dictum d, in speciem, sub qua est conuertitur realiter, quod est signum euident, & mirabiliter potens, uegetabilis potentia, ratione cuius potentia transmutare habet substantiam in alias. Cognoscat igitur artista, quod ipso abstracto & denu dato a forma c, & alia formato forma, quod operari poterit. Est & alia operatio euident, quoniam si cum c super porphirium, solem aut lunam fortiter artista reiterauerit, quousq; re ducatur admodum cuiusdam amalgamae, quam in panno posito, Mercurius ab eis realiter extrahitur, ratio est, quoniam Mercurius existens in x uel y, per se mouetur ad Mercurium existentem in c, & Mercurius existens in c, mouet se ad Mercurium existentem in x uel y, & colligantur in angulo concordantiae, ita quod in x uel y, multiplicat d nostrum, quare Mercurius existens in x y resistere non potest, & eius nexu soluntur, & dicta x y, deducuntur ad amalgamae speciem, hoc autem uult diffinitio concordantiae, & finis. Et etiam in alijs indiuiduis consignari possunt operationes nostri d, quas dimittimus causa breuitatis, quoniam haec quae dicta sunt sufficiunt ad artista declarationem. Sed finis huius totius magister est, ut noster Mercurius sit in sphaeram coelicam positus. Nec aliter artista arte ista potest bene uti. Sed miratur intellectus, quod noster Mercurius loco super coelesti positus, non retinet colorem, pondus lapiditatem, cum omnia ista sunt de natura ipsius, sed descendet ad sensum, contra quae uirtuosissima uidet, quod elementum ignis est in elementatis cum suo colore leuitate, luciditate tamen uidet, quod ratio illa, in qua est pondus, quod est

B contra

RAIMUNDI LULLII

contra leuitatem, & frigida cōtra caliditatem, & obscura con-
tra luciditatem, & etiam amara contra dulcedinē eius. Ratio
huius est, quoniam ibi existit Mercurius remisse contractus,
& positus sub altera forma, quæ est rei uel indiuidui cuius est.
Etiam miratur intellectus, quod noster Mercurius sic habet
dulcedinem suam in cœlico cœlo, quare mixta in ipso, & alia
eius accidentia actu non existunt, sed descendet ad sensum,
qui uirtute sensibili sentit, & uidet in speciebus elementorum
& elementorum, ibi existentium, ipsis retinentibus in uno
elemen-

Figura indiuiduorum.

B	C	D
Principium magis propinquum	Aequaliter propinquum	Aequaliter propinquum
Vinum rubeum	Mel nouum	Chelidonia

E	F	G
Medium equaliter	Minus propinquum	Minus propinquum
Flos roris marini	Mercurialis	Lilium rubeum

H	I	K
Magis propinquum	Aequaliter propinquum	Magis propinquum
Tartarum	Sanguis humanus	Vinum album

elementato operatione unius accidentis, & in altero alteram,
sicut patet in specie albæ, in qua aer habet prædominium, & ta-
men

men saporem habet amarum contra suam naturam, & est nigrum contra diaphanitatem, & etiam est leue, quæ quidem leuitas est de ratione uacuitatis, quod est contra aerem, qui est impletius, solum ibi non retinet de ratione sui actualiter nisi humiditatem, & in cristallo solum accidentaliter diaphanitatem habet, & in aqua fontium dulcedinem, diaphanitatem & humiditatem, & impletionem. Per ea quæ dicta sunt in ista figura intellectus artistæ consistit regulatus ad faciendum scientiam in practica huius artis.

¶ De mixtione principiorum arboris philosophiæ tantum, & de mixtione principiorum cum principijs philosophiæ, & de mixtione principiorum figuræ S.

Diximus de indiuiduorum figura, & eius explanatione, cum qua artista huius artis, consistere potest habitus, de eis quæ necessaria sunt in opere philosophico, & per quam notitiam habet, de indiuiduis & speciebus, in quibus noster Mercurius existit propinquius, & etiam declarato sibi, quælibet in omnibus istis, unum & idem est, ut per ipsum trans substantialitatem literarum in figura existentium. Nunc de mixtione principiorum huius artis, per figuras tres designabimus, à quibus idem artista multa particularia haurire potest, quæ applicari possunt ad practicam huius artis. Quare prima erit de mixtione principiorum arboris philosophicalis tantum. Secunda de mixtione principiorum cum principijs philosophiæ. Tertia erit de mixtione principiorum figuræ S.

¶ De mixtione principiorum philosophiæ tantum.

B ij. Conditio

Conditio huius figuræ est, quod in qualibet camerarum
 ponatur secunda figura artis generalis, cū quolibet qua-
 tura triangulorum. Et conditiones quas artista habuerit à pri-
 ma camera, per quas intelligit multipliciter formam differre
 in arte ista, scilicet formam quæ est homo, & qui est tanquam
 instrumentum, cum quo natura generat nostrum particula-
 re, ut patet in locatione principiorum huius artis, & applica-
 tione eorum, ex qua facit ad processum particularem practi-
 calem, & forma quæ est coelum, & principium generans, nutri-
 ens & elementa mouens ad generationem particularem, sicut
 coelum maius, ut patet in eius declaratione. Et etiam forma
 formans particulare quæ situm, quoniam per formam uegeta-
 bilem sibi nexu indissolubiliter coniunctam & ligatam, multi-
 plicare facit in substantiis quæ sunt extra. Et sic de cæteris for-
 mis quàm plurimis, quæ sunt absconsæ in processu huius artis
 quas artista cognoscere potest per effectus, quas faciunt in par-
 ticulari generatione, sicut coniunctio mensurarum, locatio
 partium, habituatio &c. quæ artista cognoscit per diuersas o-
 perationes, quas in processu huius artis faciunt, ponendo in di-
 cta camera figuræ T, à quamlibet secundum triangularis con-
 ditionem & naturam quamlibet formarum quas habent in
 processu particulari, & sic de triangulo croceo, quod in came-
 ra significat hominem & principalem formam, & forma quæ
 est d, æqualem. Aliæ uero sunt minores istis. Et etiã in hac ca-
 mera triangulum croceum cum lapide miscendo, haurit arti-
 sta conditionem, secundum quam intelligit inter istas formas
 esse necessariam maioritatem absq; contrarietate in æqualita-
 te finis ultimi, ita etiã in ista camera triangulum nigrum
 ponendo, haurit artista multas conditiones supponendo, affir-
 mando uel negando conditiones huius camerae, & dicendo,
 Vtrum artista huius artis praticare poterit aliqua istarū for-
 marum

marum

marum principalium deficiente, qua quaestione posita, in prima specie regulæ B, inuenit artista secundum naturam dictarum formarum tenere negatiuā, quoniam si in forma deficeret causa digerens, huiusmodi artis principium deficeret, cuius priuatione principia naturalia, uel intellectualia non possent moueri, quoniam deficeret motus in sensualitate d, deficeret causa regens & gubernans elementa. Tertium si mouens deficeret, tunc M uel q generati, uel nutriti crescere non possent, & etiam quoniam in opere quorumlibet istorū deficeret principium

¶ Sequitur nunc arbor philosophicalis, cum de claratione literarum.

Colores	Generatio	Ateratio
K	I	F
Digestio	Venenū transformās	Dissolutio
L	Q	H
Perfectum ens	Mixtio	Fermentatio
M	G	N
Colores	Digestio	Generatio
K	L	I
Coelū menstruale	Dissolutio	Corpus incōbustibile
(o)	H	(©)
Alteratio	Mixtio	Generatio
F	G	I
Ignis	Coelum	Corpus oleum
R	D	(©)
Vinum	Separatio	Aqua
B	O	T
Operatio	Aer	Terra.
P	S	V

B iij

cipium substantiale, quæ necessario dicitur pars substantialis dictorum quel m. Item si forma altera deficeret, elementa deficerent, & d in seipso esset otiosum, & etiam deficeret sibi materia, quod est impossibile & absurdum dicere, secundum conditionem huius artis. Differatur ergo secundum diuersas rationis processus artis per negatiuam existere, & etiam demonstratur, ut dictas tres rationis formas fore necessarias magisterio particulari, quoniam horum priuatione, impossibile est m vel q, in esse deduci secundum conditionem huius artis, sicut supposita elementa absentia intelligentis orbis & elementorū, & sicut diximus sibi de hac camera, dicere poteris de alijs cameris huius figuræ respiciendo declarationem cuiuslibet principiorum ponendo figuram in medio figuræ artis generalis. Et hic plus de hac figura non dicimus causa breuitatis, quoniam longum esset dicere conditionem camerarum omnium, & reducere per triangulos & species eorum. Sed per ea quæ de ista camera dicta sunt intelligere potest artista de alijs cameris secundum suum modum quem sibi explicare dimittimus diligenter, Sequitur

¶ De mixtione principiorum secundæ figuræ.

ET etiam ista figura conditionatur, ut prima, scilicet quod in qualibet camerarum ponatur figura secunda artis generalis, & à dictis cameris hauriet conditiones secundum quod in dictarum camerarum, ingressu dicta figura abstrahitur, sicut in camera forma intelligentiam in qua inueniet artista, quod dicta camera conditionatur formæ figuræ præcedentis, & asserit esse uerum, quod in declaratione formæ designauimus. Item de camera materia, intelligentia, quæ conditionatur, sicut in declaratione arboris philosophicalis diximus. Vbi
 expla

explantauimus declarationē huius camerae, & declarationem omnium camerarum, quæ sunt per lineam rectam de camera forma intelligētia, quærat in declaratione principiorum, quia ibi satis plane explicauimus, ea quæ de istis cameris dici poterunt. Et modus est iste. Si uis quærere declarationem primæ camerae huius figuræ, uel secundæ uel tertię. Incipias declarationem primi uel secundi, uel tertij principiorum. Et secundum quod tibi dictum est ibi, iudicabis de conditione huius camerae. Item de camera motus forma, potes dicere, quod motus est principium huius artis, per quod omnia principia sunt mota, ad quod uel ad quē, sicut forma est mota p omnia principia faciēs omnia principia esse mota, & omnia ista principia sunt ad inuicem commixta & conditionata, & ad inuicem formata habens in se habere omnium aliorum similitudinem. Et taliter quod nulla pars est principium, quæ in se similitudinem aliarum partium, omnium aliorum principiorum non habeat, quolibet ingrediente in alio, cum omni proprietate & uirtute. Veritas huius quod dicimus, consistit in camera motus forma, usq; ad cameram alteratio uenenū. Item etiam in camera principiorum duplicatorum habet notare artista qualiter principia ista duplicata sunt, ut per illam duplicationem diuersimode notitiam habeat de illo principio ponendo, in qualibet camerarum angulos differentię & concordantię, quæ sunt camera forma materia materia, & sic de alijs cameris duplicatis. Et de hoc quærat artista in eorum declaratione sicut si camera forma forma. Et si uult quærere de conditione huius formæ camerae, quæret de declaratione formæ. Et si est materia materia, debet quærere declarationem, conditionem materię, & sic de alijs. Et cum ista conditione artista huius artis, potest se regulare ad cognitionem huius figuræ habēdam. Item etiam in ista figura oportet artistam miscere alios tres angulos,

angulos,

angulos, ut regulet se in qualibet camerarum, ut perfectam possit attingere scientiam, in lapidis philosophorum cognitione, secundum conditiones camerarum & angulorum, sicut in qualibet camerarum ponamus angulos maioritatis, inueniet artista, quomodo quaedam principia sunt maiora quam alia, sicut forma & materia, quae sunt principia substantialia, & substantialia sunt maiora quam alia principia accidentalia, sicut sunt colores, alteratio, digestio. Et ueritas huiusrei quam dicimus demonstratur in m, uel in q. In quarum partibus substantialibus plus capiatur, & humano intellectuali representatur plus de significatione similitudinem immensitatis quam in partibus accidentalibus. Item & iste angulus demonstrat, quod quodlibet principiorum sub proprio fine, maius existit quam sub alio fine. Sicut materia quae maius principium consistit in ratione manere quam natura &c. Et si de minoritate ratione qua omnia principia existunt minora in fine aliquo, quae est proprietas propria principaliter alicuius. Item ponat artista angulum aequalitatis in qualibet camerarum, & inueniat, quod omnia ista principia aequalia sunt secundum suum modum, in quantum constituunt aequaliter m uel q, ipsis principijs habituantibus dicta m uel q, de suis proprijs finibus, & de quibus m uel q, agunt instrumento, cum quibus extendunt suas similitudines in substantijs, quae sunt extra. Item etiam oportet artistam ponere angulum rubeum in qualibet camerarum, & quod postea conditionet angulum principij per omnes cameras, & secundum conditionem, qua dictus angulus ingreditur in omni ista figura, inueniet coelum, forma, elementa prius habent esse in compositione m uel q, quam alia principia cum ista de necessario habeant esse. Alia uero posteriora in quantum absq; istarum compositione in arte ista m uel q, & omnia alia principia, nihil essent, quoniam deficeret subiectum

ctum

ctum generale, substantiale, sine quo stare non possunt. Concluditur ergo, quod dicta principia priora habent esse in dicta compositione. Et hoc, ut dicta principia possunt esse forma. Vnde in arte ista dicta principia sunt orta, & in compositione custodita, & fortificata. Item habet intelligere artista, quod quodlibet principiorum retinet prioritatem secundum suum finem proprium, quare est sicut forma, cuius prius est informare quam materia elementa & caetera principia, & colores, cuius prius est colorare quam omnia alia. Et sicut de istis diximus, ita huius artis opifex, de omnibus alijs ordinare potest, respiciendo concreta essentialia cuiuslibet principiorum. In quibus quodlibet principiorum de necessario prius habet esse quam aliorum finis. Item secundum conditionem medij camerarum mixtarum cum ipso inueniet artista, quod quodlibet est medium, per quod unum transit ad aliud principium de sua similitudine. Vnde ex influentia & effluentia cum oritur q philosophorum, qui existit in mundo, in medio omnium, qui quidem est medium naturale, in quo omnia principia sunt sustentata, & ipse q philosophorum est coniunctus de ipsis principijs, & omnia principia sunt coniuncta in illo, & ipse q est per omnia, & omnia illa sunt per ipsum. Item etiam secundum finis conditionem, & omnium camerarum inueniat artista, qualiter quodlibet principiorum sub ratione finis est conditionatum. Et hoc tripliciter, primo modo secundum finem, propter quem sunt, secundo modo propter finem qualiter sunt, tertio modo secundum finem existentem in quolibet principiorum. Nam primus finis est intelligentiae, qui in ista arte significat hominem, sub quo omnia alia principia quiescunt. Item secundus finis est q philosophorum, in quo etiam quiescunt omnia alia principia in constituendo ipsum, & componendo de seipsis, qui quidem q agit sub illorum ratione quodlibet istorum remanente

C

nente

nente hoc quod est sub propria ratione. Item etiam est alius finis existens in quolibet istorum principiorum, sicut naturæ, quod est finis naturantis, & naturalis digerere, quæ est finis digerentis & digestibilis. Item oportet etiam artistam in qualibet huiusmodi figuræ camerarum ponere triangulum nigrum, ut secundum dubitationem, affirmationem, & negationem scientiam in hac arte facere possit. Et de hac unam rationem facimus intellectui, ut per illam regulet se artista de alijs quæ fieri possunt, secundum conditionem huius artis. Sicut cum quaeritur. Vtrum absq; motu principia huius figuræ æqualiter per alia principia transire possint ad m uel ad q, secundum conditionem principiorum huius artis inueniat artista negatiuam esse ueram. Nam motus in hac arte est unum principium generale, sub cuius ratione omnia alia principia mouent ad suas proprias operationes, sicut ipse motus per seipsum se mouet cum aliorum proprietatibus, & sicut est motus ut esse ualeat omnia alia principia, & quædam per alia se mouent, & moueant secundum suam propriam rationem. Et cum etiam concordantiam habeant secundum ea dicta differentia, quæ diximus cameræ quæ sunt per lineam rectam, quarum prima est motus forma, altera motus uenenum, secundum quarum conditiones significatur, quod motus est de se essentialiter, hoc quod est, ut per suam naturam omnia alia principia quæ sunt partes m uel q, sunt mobiles & mouentes, & quod m uel q, sub ratione illarum possint esse mota & mouentia in se ipsis extra se. Nam & concreta essentialia ipsius motus sunt omnia in alijs principijs, ut possint esse mouentia & mota. Et hoc etiam secundum modum, quod principia quædam habent in alijs, quolibet principiorum existente moto & mouente, in quolibet aliorum cuius est motus sustentatus in tertia uel in quinta suarum partium, quæ sunt principia in m uel q existentur.

Item

Item etiam quia motus est circumspectus suis partibus essentialibus, id est, cum cæteris principijs, quæ sunt partes in uel q, cum motu habent dispositionem in suis operationibus, sicut motus, qui habet dispositionem illorum, qui quidem refert esse motum cum intelligentia forma est motus cum intelligentia forma materia cœlo, sine quibus in hac arte esse non potest, sicut omnia alia principia absq; motu existere non possunt nec ualent, ipsis quidem principijs existentibus, mouentibus & motis, & hoc esse non posset, si affirmatiua esset uera. Et etiam quoniam sequeretur, quod principia substantialia possent esse in uel in q, per coniunctionem & alterationem & cætera absq; motu, quod absurdum esset dicere, quia & impossibile. Concluditur ergo negatiuam dictæ conclusionis esse ueram. Hactenus artista omnia alia principia conditionare potest secundum modum, quem diximus de motu respiciendo conditionem & naturam cuiuslibet. Et inuestigatio earum proprietates & naturas cum nominibus dictorum quatuor angulorum secundum quosdam conditionantur in alijs, quibus quidem conditionibus artista huius artis scienter facere potest in compositione & magisterio q philosophorum, quod sibi inuestigare dimittimus causa breuitatis.

¶ De mixtionibus & conditionibus tertiæ figuræ secundum practicalia aliarum duarum figurarum.

ET conditio huius figuræ est, sicut conditiones aliarum, id est, quod in qualibet camera eius ponitur secunda figura artis generalis, & quod ipsas cameras deducat secundum suum modum per dictos triangulos, & eorum species, sicut deduximus alias cameras duarum figurarum designatarum, supra dictarum deducendo figurarum principijs huius figuræ

C ij applic

applicando secundum quod in dicta applicatione dicta principia secundum eorum naturas ingredi possunt. Et cum applicatione & declaratione dictorum principiorum & tabularum figuræ S, artista huius artis de magisterio huius figuræ scienter facere potest particularia huius artis secundum placitum.

Diximus de modo mixtionis principiorum huius artis per figuras tres, secundum quarum condiciones totum magisterium huius artis liquefcit. Et regulas dedimus in aliquibus earum cameris, secundum quas, quædam principia in alijs conditionantur cum quodam mixtionis modo & camera rum aliquarum declarationibus artista huius artis potest se regulare in magisterio lapidis philosophorum maioris & minoris. Et ideo datæ sunt explanationes omnium principiorum, ut secundum ea quæ dicta sunt, taliter se regant.

¶ Ista regula infra scripta datur de lineis quæ oriuntur ab r s t u, arboris philosophicalis.

Ista lineæ quæ ueniunt de r s t u, ad B, significant, quod illæ quatuor per rectificationem, oriuntur à litera B, & aliæ lineæ ab r s t u, ad c, uel ad ☉, & in c sunt illæ quatuor literæ. Et lineæ partis superioris, quæ uadunt ab r s t u, ad g significant, quod c uel ☉ cum dictis suis literis misceantur in g cum d. Item d, quod non colligatur cū r s t u, in rectitudine, significat quod dictæ literæ, quæ ipso d oriuntur à litera b, non ingrediuntur g cum d, sed de eis cura nō imponitur. Separationū alia demonstratiua alia diuisiua essentiarū. Prima inter b & c c, secūda est inter b, r s t u, ☉ cœlum est Mercurius uegetabilis, Mercurius animalis, Mercurius azot, & sperma foemineū unum & idem sunt reali ueritate, differunt tamē in indiuiduis specierū, si cut
forma

forma sine materia quæ realia entia sunt, sed prædicta differunt materia. Quoniam Mercurius qui est in animalibus dicitur animalis. Et uegetabilis dicitur, qui in uegetabilibus est. Est tamen Mercurius unus uegetabilis & animalis, in quolibet subiecto uegetato. Quæ animalitas tripliciter consideratur, scilicet ut est ratiocinatiua, imaginatiua, & sensitua. Et animalitas imaginatiua, sensitua. Et etiam animalitas uegetatiua tantum, & quoniam Mercurius ex omnibus istis potest uerificari esse animale uegetabile &c. Sed quoniam in aliquibus indiuiduis est magis propinquus. Ideo de propinquiori curamus indiuiduo in arte illa. Quoddam indiuiduum in arte ista est materia, de qua nobiliorem partem depuramus quæ pars depurata est Mercurius dicta. Nam dictum indiuiduum seu materia quod prædiximus ex b, quod uegetabile est & animale. Et pars prima & forma est, qui est Mercurius iam dictus, & est d, quod oritur ex b. Q & M idem sunt in fine, p, sed differunt, quia m est ante q, q uero postea, sed per cuiuslibet transformat corpora, quod mirum est. Differentia ergo inter ipsa est, in quantum M est minus in quantitate, q uero in uis. Mixtio est duplex, quædam enim fit oleum per d ☉, alia fit per d c, & alia quæ fit cum d n m, ex quibus oritur q. Digestio est duplex, quædam est ante fermentationem, alia quæ fit post n cū d m, ex quibus oritur q. Generatio est duplex. Vna fit in d c, uel d ☉, ex quibus oritur m n. Alia quæ fit in d m, ex quibus oritur q, & sic dixi de i. Ita sequitur de F & G, & cæteris. Elementa considerantur dupliciter. Quædam sunt quæ oriuntur simul cum d ex b, & alia quæ existunt in ☉. In quo c magis est de natura r, quam de s t u, secunda sunt de proposito, prima uero minime.

C iij Sequens

RAYMONDI LULLII

stde	stdf	stdg	stdh
stdi	stdl	stdm	stdn
stdo	stdp	stdq	

Sequens tabula dat modum faciendi elixir ex Saturno & Ioue, ut fiat ex eis Sol & Luna.

sude	sudf	sudg
sudh	sudi	sudl
sudm	sudn	sudr
sudo	sudp	sudq

Sequens tabula docet, qualiter ex Saturno & Marte fiat elixir super ipsos simul.

szde	szdf	szdg
szdh	szdi	szdl
szdm	szdn	szdr
szdo	szdp	szdq

Sequens tabula est Saturni & Veneris, qualiter ex eis fiat elixir super Saturnum & Venerem, ad Solem & ad Lunam.

utde	utdf	utdg
utdh	utdi	utdl
utdm	utdn	utdr
utdo	utdp	utdq

Sequens tabula est Martis & Iouis, qualiter ex eis fiat elixir ad Solem & ad Lunam super Martem & Iouem.

uzde	uzdf	uzdg	uzdh
uzdi	uzdl	uzdm	uzdn
uzdo	uzdp	uzdq	

Sequens tabula docet facere elixir ex Marte & Venere ad Solem & Lunam.

Sequens

stude	studf	studg
studh	studi	studl
studm	studn	studr
studo	studp	studq

Sequens tabula dat modum
facere ex Saturno, Ioue, &
Marte ad Solem & Lunam.

stuzde	stuzdo	stuzdf
stuzdg	stuzdh	stuzdi
stuzdl	stuzdm	stuzdn
stuzdr	stuzdz	stuzp

Sequens tabula dat mo-
dum ad operandum de
Saturno, Ioue, Marte, &
Venere, ut ex omnibus si-
mul possit fieri Sol & Lu-
na.

xyde	xydf	xydg	xydi
xydl	xydu	xydi	xydi
xydp			

Sequens tabula docet
facere in operatione olei
quod dicitur incombusti-
bile ex Sole & Luna.

bdgk	be	dk	bfdk	bdgk
adok	ad	tk		
adtg	bk			
adbq				

Sequens tabula est de
confectione perlarum.
Item Q est tertium re-
sultatium ex a r d. C est
tertium resultatium ex
a d d, & habet esse recti-

scatum per uas circulationis, uel septem uicibus distillatum.
Si est diuulgi. B debet esse de pluribus perlis, uel de conchili-
bus marinis, quæ perlis assimilantur.

Instan-

b d k
b e d k
b d g k
a d o k
a d c k
a d t g
a d u q

Instantibus 30.
horis 7.
Instantibus 30.
7. pars horæ
diebus septem
quinta pars horæ
est magisterium
completum.

Nota quando aurum redue-
ctum est in suum Mercurium et
putrefactū, tunc est tanti splen-
doris, quod uix ab humanis ocu-
tis potest uideri, & hoc plus po-
tes considerare in nocte, cum
existit in sua aqua

S

Forma	Spiritus arg. ui.	Sublimatio
A	Medium coniunct.	R
	I	
Materia	Vas uitreum	Saturnus
B	K	S
Corpus, Principiū	Arg. ui. exube.	Iupiter
C	L	T
Lunaria	Sulphur naturæ	Mars
D	M	V
Calcinatio	Tinctura	Sol
E	N	X
Dissolutio	Oleum	Luna
F	O	Y
Euacuatio	Inceratio	Venus
G	P	Z
Multiplicatio	Lapis, Finis	
H	Q	

Chaos

A Chaos d r s t u.

Intelligentia
Prima materia

B

Homo
Forma

C

Coelum

D

Elementa

E

Alteratio

Potentia

F

Homo

Mixtio

G

Dissolutio

H

Homo
Generatio

I

Intelligentia

Colores

K

Homo

Digestio

L

Intelligentia

Perfectum ens

M

Intelligentia

Fermentatio

N

Separatio

O

Homo

Operatio

P

Intelligentia

Venenum trans

formans

Q

D

Ultima

701
R A I M U N D I L V L L I I
VLTIMA PARS PRA
CTICAE HVIVS TERTIAE DISTIN
ctionis, quæ est de quæstionibus,



Diximus de scientia, quæ per figuras haberi potest. Nunc dicendum est de ultima parte illius libri, quæ est de quæstionibus, secundum quas multam doctrinam poteris habere in latitudine huius artis, per quas multa opera secreta tibi reuelabuntur.

Fili, damus tibi doctrinam per quæstiones ad finem, ut possis per figurarum cameras, & eorum significata principia huius artis etiam applicando principia artis generalis, & regulas, secundum quas literæ existentes in camera significabunt faciendo camerarum duabus literis, quibus potest addere aliam literam alterius camerae, si congrue fecerit ad propositum & dissolutionem quæstionis melius significauerit.

Prima quæstio figuræ fundamentalis. Vtrum Alchemia sit ens reale, aut sit figmentum? Solutio c. De huius quæstionis solutione applicemus principaliter huius artis per literas significata, & principia artis generalis, & regulas, secundum quas literæ existentes, * quæ magis solutioni videntur conuenire. Nam alchemiæ finis est aurificare, argentificare, uegetare seu transmutare, secundum conditionem illius, scilicet demonstratur Alchimiam esse ens reale, & non figmentum, quod habet esse composita ex auro & argento, & menstruo uegetabili, Hoc quippe coartat diffinitio principij, quoniam sicut ignis est principium calefaciendi, sic aurum est principium

cipium

cipium in ratione aurificandi, & argentum argentificandi, & uegetatiua uegetandi, in ratione. Cum igitur finis sit aurificare, oportet in Alchemia esse aurum, argentum & uegetatiua. Et hoc est, quod in Alchemia est substantium, in quo uegetatiua sint plantata. Et si alchemia aurificaret & transmutaret, & in ipsa non esset aurum & argentum, & uegetatiua, definitio principij esset falsa, ex eo quod nullum principium ante illud se haberet in ratione alicuius prioritatis, & omnia haberent unicam proprietatem, & sic unum essent plura in numero, quod est impossibile. Etsi in Alchemia est aurum & argētum & substantium uegetabile, & non aurificat & argentificat, & non transmutat primam quidditatem, per primam localitatem, scientia esset falsa ex eo, quia aurum & argentum & uegetatiua essent in aliquo actualiter, ubi eis proprio non competeret aurificare & argentificare & transmutare, quod est contra cursum naturæ. Quia sic sequeretur, quod esse posset aliquis locus in natura, ubi principia naturaliter possent esse ita in natura uacua, quod natura sufferre nō posset, quia esset contra suam definitionem, cum natura sit id, per quod omne naturale fit plenum. Ex quo patet quod nullus est, in quo naturaliter posset sequi alicuius principij finis uacuitas, ex quo concluditur. Quod alchemia est de auro & argento, & uegetatiua, quæ sunt entia realia & uera. Igitur ipsa alchemia est ens reale & uerum, & quia est ens reale, non est figmentum.

¶ Secunda quæstio. Quomodo fit cōuersio inter s t u x y z?
Solutio. Conuersio omnium illorum fit per sua media, sicut demonstratur per quartam tabulam figuræ fundamentalis, quæ media sunt d e f g h, existente quousq; dictam s t u x y z, conuertuntur in y, tunc est mediū inter m & y. Vnde cuiuslibet inquisitori ueritatis reuelamus, quod ad conuertendum dicta s t u x z y, in m, oportet per sua media transire, & quod prius

D ij conuert

RAIMUNDI LULLII

conuertatur in e, postea in f, postea in g, & tunc fest medium inter e & g, unde dicta s t u x z y, nunquam conuertuntur in g, nisi prius in f essent conuersa, & de f non possunt ad h transire, nisi prius conuertantur in g, & sic de alijs medijs potes dicere suo modo, quænam media, & naturam illorum artificum oportet scire, & sic conuersio dicta fit per regulam successio- num principiorum huius artis.

¶ Tertia quæstio. Quid est forma lapidis suo modo? Declaratio huius principij declarationis à figura philosophicalis, & camera de A, huius figuræ forma differt inter se. Quia quædam est simplex, quædam composita. Secundū simplicitatem diffinitur sic. Forma uniuscuiusq; lapidis est unitas abstracta atque sui esse singularitas, quæ de seipsa tantummodo est, & non de alio. Secundū compositionē diffinitur sic. Forma lapidis philosophorū, est limorum ortorū ex elementis unio uici- nata post tertiam decoctionem. Forma lapidis philosophorū ex unio resultata ex permixtione elementorum separatorum à corporibus elementorum diuisione uino resultata post indu- rationē ignis communis. Etiam potest sic definiri, Forma la- pidis est omnium causarum suarum unio.

¶ Quarta quæstio. De quo est materia lapidis suo modo? Explanatio huius principij & B arboris philosophicalis, & ca- mera de b, huius figuræ, per quam quædam camera significa- ta per primam literam, & cōpositiue, ut significata per aliam, etiam huic applicare potest, declarationem s t u x z y, quæ de- monstrant, quod materia omnium lapidum artificiatorum est de corporibus metallorum.

¶ Quinta quæstio. Vtrum metallorum corpora sint no- biliora sub specie lapidum suo modo, & aut ista nobilitas con- sideratur respectu ipsorum tantummodo, & sic nobiliora sunt ipsis existentibus sub sua specie lapidum, quantum ad se ipsa quam

quam

quam sub specie lapidum aliàs sequeretur, quod ens minus & nobilius esset in alijs quàm in seipsis, quod est inconueniens in principijs naturalibus. Si autem consideratur respectu finis, maiora sunt in specie lapidum, quàm in se ipsis ex eo, quia maiora sunt in fine, sicut aries & bos quæ maiora sunt sub specie humana, quàm sub suis speciebus.

¶ Sexta quaestio. Quid est Menstruum? Solutio, d d, duplex est. Quod aliud resolutiuum menstruum diffinitur sic. Menstruum est aqua ardens, perfecte rectificata, orta à uino cuius uirtute uegetabilium & mixtorum cum illa omnia metalla dissoluuntur, putrescunt & purificantur, & elementa ab eis diuiduntur, & terra exaltatur in terram foliatam, quæ dicitur sulphur naturæ sua uirtute actiua. Et menstruum resolubile quinta essentia metallorum, deuenit in actum. Fili, qui aliud arbitratur esse menstruum, ignarus est, & nunquam deueniet ad finem desideratum. Item menstruum resolubile diffinitur sic. Menstruum est uapor potentialis existens in quocunq; metallo, in cuius solo odore conuertitur argentum uiuum in metallum, cuius est qui non nisi resolutiue ducitur ad actum. Et menstruum resolubile oritur ex auro & argento. Item menstruum in generali diffinitur sic. Menstruum est medium conjunctionis, scilicet inter s t u x z y, & lapides principaliter, & omnia alia diuidantur.

¶ Septima quaestio. Scilicet, cum quo fit dissolutio corporum? Solutio, camera d f, explanatio de menstruo, in quibus significatur quod d est illud, per quod fit f in corporibus.

¶ Octaua quaestio. Cum quo fit calcinatio metallorum? Solutio, e, declaratio huius principij.

¶ Nona quaestio. Quid est euacuatio metallorum? Solutio c g, est metallorum euacuatio, ut separetur mundum ab immundo, & ut corpora deueniant ad sui primam materiam.

D iij ut

ut causari possit noua regeneratio, & ut sit magis concordantia, & concordia inter sulphur & argentum uiuum, & inter elementa, & primam materiam, quæ dicitur terra foliata, & inter limum & limum.

¶ Decima quæstio. Quid est multiplicatio? Solutio c h. Multiplicatio est rei euacuatio, euacuato reducto super terram suam. Vel multiplicatio est magnitudo medicinæ extensa in quantitate.

¶ Undecima quæstio. Quid est spiritus? Solutio. Est species, & species est res, quæ resolutionem trahit menstruo mediante.

¶ Duodecima quæstio. Quid est argentum uiuum exuberatum, & quid est sulphur naturæ? Solutio, In est terra corporis cum menstruo, simul transiens per alembicum. Et sulphur naturæ est spiritus metallorum, sublimatus, & conuersus in terram foliatam, quæ est prima & proxima materia metallorum.

¶ Tertia decima quæstio. Tinctura de quo est? Solutio c n, Tinctura est lapis in aere & igne.

¶ Decima quarta quæstio. Quid est oleum? Solutio. Oleum est elementum fixum ad cerationem, uel est limus.

¶ Decima quinta quæstio. Quot modis fit ceratio? Solutio. Per cerationem fit ortus ab elementis, uel tot modis, quot fit combinatio elementorum cum terra sua, uel altera per totam magisterij latitudinem.

¶ Decima sexta quæstio. Quomodo fit ceratio? Solutio p, & declaratio illius.

¶ Decima septima quæstio. Quare est sublimatio? Solutio t. Sublimatio est, ut terra à metallis euacuetur, sulphur naturæ sublimatur.

¶ Decima octaua quæstio. Quare est diuisio elementorum?

rum?

rum? Solutio, y rubeum. Diuisio elementorum est, ut ipsa sint gradualiter proportionata coniuncta terræ suæ, uel alienæ, & ut sit limus, de quo componitur lapis philosophorum magis, quia alias non posset fieri noua regeneratio, neq; per artificium sequi naturam.

¶ Decimanona quæstio. Quales colores habent elementa? Solutio, y iam dictum est, elemēta habent colorem splendidum, ex quo patet, quod elementa metallorum non habent colores diuersos, sic sophisticè asserunt, sicut ignis, quem dicebant habere colorem igneum, scilicet rubeum, non sic ordinatum est à natura, quod ignis rubedinem habeat actu, sed quod habeat potentiam rubificandi cum actu.

¶ Vigesima quæstio. Quomodo cognosci possunt, ex eo quod sunt in colore confusa? Solutio y, & calor primi & secundi & tertij gradus. Nam per calorem primi datur notitia ad cognoscendum aquam, & per calorem secundi gradus cognoscitur aer. Et modus eius per calorem tertij gradus datur modus ad ignem cognoscendum, ex eo quia quodlibet elementum uult per unum gradum caloris ascendere, & per alium gradum minime, sicut aer qui distillatur per calorem secundi gradus, & non per calorem primi gradus. Quia per calorem primi gradus non ualet ascendere. Et ignis qui distillatur per calorem tertij gradus, & non per calorem primi gradus nec secundi, quod scriptum est in Vade mecum, de ministerio philosophorum in capitulo quod incipit: Cum autem per iam dictam solutionem Mercurius diminutus fuerit à corporibus &c.

¶ Vigesima prima quæstio. Quomodo rectificantur elementa? Solutio yy, & tantum primum operis regalis, quod incipit: Rectificatio quidem elementorum diuisorum ad partem.

¶ Vices

¶ Vicesima secunda quaestio. Quomodo fit multiplicatio? Solutio ch & s. Et explanatio ultimi principij arboris philosophicalis.

¶ Vicesima tertia quaestio. Quot modis fit multiplicatio? Solutio. Dicta declaratio patet in capitulo quod incipit: Ex qua quidem diffinitione.

¶ Vicesima quarta quaestio. De quo est ignis lapidis philosophorum? Solutio y q, ignis nostri lapidis est de igne essentiali metallorum perfectorum, ipsius lapidis, de igne essentiali menstrui uegetabili, ex quibus componitur unus ignis, qui in instanti conuertit omnia metalla, in metallum perfectum, iuuante dicto igne, cum ponitur uegetatiua, & in isto passu cognoscit intellectus, quod elementa corporis rectificari debent cum menstruo coelico, quousq; sint fixa, & nihil menstrui cum eis appareat actualiter, ut sit per differentias rectificationis ignis lapidis in tam sublimi materia, quod habet proprietatem fulguris repente ex improviso comburens quamcunq; formam antequam metallorum imperfectorum, & subito aliam substantiam de nouo oriri faciunt.

¶ Vicesima quinta quaestio. Quomodo applicabuntur principia huius figurae ad fundamentum huius magisterij?

Solutio, a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z.
 Modus est iste, secundum quod literae illae solutionem, quod omnes significant & fiat sic, quod capias in quantitate c, & facias ipsum transire per e, & postquam concursum fuerit in e, pone e in t, quod hic uolumus significare calorem primi gradus, & sic c, quod conuersum in e, conuertetur in f, & sic aequiuocatio est figura d c & t, ex quibus oritur f, postquam uero c in f conuersum est, duas semitas habere potes, aut ad istos, aut ad illos lapides, ducamus ergo ad semitam lapidum philosophorum. Post hoc uero uas m, in quo est c conuersum in f,
 pone

pone

pone in t, quod hic posuimus significare calorem secundi gradus, & f amittit d, & conuertitur in n, quod hic uolumus significare terram corporis, post dissolutionem immediate causatam, tunc accipe n, & pone super porphyrium, & mole illud cum lapide molitionis, sicut molitur lazurium, & cooperi propter puluerem cum panno lineo madefacto in aqua taliter, quod pannus eleuatus per tres uel quatuor digitos non tangat porphyrium. Et si forsan n fuerit ualde siccum, rora ipsum de super & transactis tribus diebus, incipit n conuerti in o, quod hic uolumus significare aquam compositam, in qua sunt quatuor elementa. Et fili ista dissolutio, quæ fit in n, sic successive per dies, distilla ergo o per filtrum lanæ, & reitera demolitionem, & dimitte stare, quousq; uideatur tibi bona quantitas de o, & distilla per filtrum, & reitera demolitionem, & si n fuerit siccum, & reitera & rora ipsum cum d, & sic facies reiterando distillationes, & reiterationes in loco frigido, donec n totum, quasi in o sit conuersum, & sic euacuata est alia figura triangularis de t f g d, per f & d, præterea capias o, sicut est in uase suo, & pone desuper alembycum, & ponas o in t, & ibi amittit d, & sic o conuertitur in q, quod hic significat lapides, qui non sunt elixir, nec medicina, & sic euacuata est alia figura triangularis de c d, in cuius medio est x. Deinde accipe q, & mole subtilissime, & pone in receptorio suo ad putrescendum in loco frigido, & p conuertitur in o, quod significat oleum, in quo sunt elementa quatuor. Deinde super o pone de menstruo alto in tanta quantitate, sicut est o, & pone ad putrescendum in t, per mensem cum dimidio, transacto illo tempore diuide elementa per magisterium capituli, quod incipit: Fili, elementorum diuisio &c. Quibus diuisis rectifica, & fixa illa, ut supra diximus in capitulo quod incipit: Rectificatio quidam
E dem

dem elementorum, tunc temporis coniungantur duo elementa, scilicet ignis & aer, & fiat unum corpus, & si elementa sint rubea, sit ignis quatuor pondera & aeris unum, postea pone ad humandum in t, per duos dies, & postea purifica n, ut supradictus est modus in practica fundamentali, donec conuertantur in m, tunc terram cum elementis pone in tripode arcanorum per nouem dies, & habebis medicinam perfectam, & tunc euacuata est figura de d t o y, in cuius medio est z, quod hic uolumus significare lapidem perfectum, & ille est unus modorum secundum quem principia applicantur huius artis huius figuræ ad totum magisterium.

De altera uero semita, ad quam applicantur principia huius artis, remittimus ad Canonem primi libri, qui tractat de compositione in generali.

¶ Vicesima sexta quæstio. Quot sunt limi? Solutio yz, limi sunt tres. Primus qui fit ex coniunctione aquarum, absque elementorum diuisione. Secundus est qui fit ex coniunctione elementorum, scilicet corpus, quod resultat ex coniunctione illorum. Tertius limus est quod oritur ex secundo per distillationem.

¶ Vicesima septima quæstio. Quæ est differentia inter lapidem & elixir? Solutio, u q r, elixir est guma exaltata ex limo æthereo terrestri sine aliqua trium decoctionum lapidis, lapis uero est postquam transit per omnes tres decoctiones, & sic elixir conuertitur in lapidem.

¶ Vicesima octaua quæstio. Quales colores habet postquam

quam

quam p conuertitur in o? Solutio, fit cz, rubeum colorem mali granati obscuri, & sic est album & uiridis coloris cum nigro mixto. ¶ Fili, multę quęstiones fieri possent in hac figura, sed redderemus librum prolixum ualde. Ideo causa breuitatis fiant quęstiones dictę quantum ad hanc figuram, ex magna quęstione supradicta erunt figurę duę, in quibus contineatur modus operandi explicite in magisterio latitudinis, prima figura est de c & m, cuius medio fit figura secunda de t f d, in cuius medio est e n, in cuius uentre est o. Tertia figura est composita ex prima & secunda, & habet in se o d t m q, in cuius medio est z, quę quidem figurę g sequuntur.

Diximus de quęstionibus figurę abstractę à figura fundamentali, cum quibus habebis multam scientiam in fundamento operis. Nunc dicendum est de quęstionibus figurę abstractę, ab arbore philosophicali, & quęstiones huius figurę tot modis possunt fieri, quot sunt camerae inter se differentes.

Prima quęstio. Vtrum menstruum moueat metallum? Solutio, c d, menstruum metalla mouet ad f, & d f, ad omnia alia principia, & consimiliter metalla mouent menstruum ad producendum ignem in lapidibus.

¶ Secunda quęstio. Vtrum menstruum generare possit lapides absq; auro, & argento, & alijs metallis? Solutio c t, est aurum & argentum, & omnia metalla componuntur & in diuiduantur, & quodlibet principiorum existit medium, per quod transit ad alterum. Ideo dictum menstruum generare non potest lapidem in absentia metallorum.

E ij ¶ Ter

Tertia quaestio. Quare est menstruum? Solutio, de, Menstruum est per se ipsum, & quia est ex partibus coessentialibus sibi pertinentibus, quae sunt inconcreta essentialia ipsius, quorum ratione est in ministerio specifico positus, & hoc idem de suo proprio odore, & colore, quae omnia determinant & specificant ipsum, & est menstruum, ut sunt omnes semitates, & dissolutiones metallorum, & euacuationes.

Quarta quaestio. De quibus rebus oritur menstruum? Solutio, d d d r u x, Est menstruum unum resolutiuum aliud resolubile. Resolubile oritur de s t u x z y, Resolutiuum uero est de principijs figuræ indiuiduorum.

Quinta quaestio. Quid habet menstruum in metallis? Solutio, c d, Menstruum habet in metallis suum proprium actum & operationem, cum quibus dissoluit illa, & uegetat proprietates illorum, quia uegetat aurum & argentum, & partes Mercurij in uerum Mercurium, quod est menstruum sustentatum, quod est subiectum suum proprium & secundum conditionem huius artis, habet seipsum in eis, & facit ipsa uegetabilia esse ratione, cuius dictum aurum & argentum, multiplicat suas similitudines, in substantijs extra, & sic menstruum in metallis, habet actionem & passionem, habet per actionem seipsum liberum, & simplex liberum ualde. Et per passionem habet compositionem, sub qua stat captiuatus & contractus, ut possit esse ignis & uegetabilitas lapidis philosophorum.

Sexta quaestio. Vtrum calx corporis sic ingredi habeat menstrui incerationem, sine aliqua operatione? Solutio

lutio

lutio, c e f, calx corporis non potest sic ingredi cerationem, cum in ipsa sit mixta terrestreitas cum aereitate subtili cum grosso, spiritus cum damnato corpore, qui per philosophos dicitur scoria & fex, & ideo est necessarium, quod calx conuertatur in huius figura, & quod euacuetur e uentre eius spiritus, de alchimistarum consideratione, & quod sublimetur, & conuertatur in sulphur naturæ, capiendo id, quod est in uertice sublimatoriij, & ad latera, & quod de puluere inferius reseederit, non curetur, & dimittatur tanquam puluis damnatus, scoria & fex, qua nō indiges. Nam superius diximus, oportet artistam, corpora deducere in suam primam materiam, quia aliàs non posset fieri concordantia inter limos, & sulphur naturæ, quia impedirentur per contrarietatem r damnati, cuius ratione ille lapis de h non ueniret in esse. Præterea si aliquis ueniret, nō haberet potestatem speciem suam in metallis multiplicando, uel in animalibus, sed cum talis lapis igni exponeretur, fugeret cum tota sua specie ex eo, quia fuit impeditum medium coniunctionis, quare concluditur, quod calx corporum, sic sine operatione non est apta magisterium incerationis ingredi.

¶ Septima quæstio. Quomodo aurum & argentum, & menstruum, uegetabile coniunguntur, in unitate numeri ultimati, ita quod argentum manet uegetatum, & econuerso?

Solutio, c d i b. Istæ camerae significant solutionem. Quia omnis aqua mixta cum uino, fit aqua, uiuificatur, & uinum fit aquaticum, & cares herbæ positæ in melle conuertuntur in speciem mellis, aliquialiter conuertuntur in speciē mellis, & sapor mellis aliquialiter conuertitur in saporem rerum sibi appositarum. Item uegetatiua & plantata in elementatiua ratione

E iij. cuius

RAIMVNDI LVLLII

cuius in quolibet elemento est uegetatiua, aut in actu aut in potentia, tanta est uniuersitas principiorum illorum. Nam sicut flamma ignis, quæ lignum comburit, deducit ad actum, flamma quæ stat in potentia lichni. Sic uegetatiua existente in potentia in auro, uel in argento, ideo sic uegetata existit potentialiter per omnes partes auri uel argenti, sic postea actualiter existit, & sic de uegetatiua & aurificatiua, & sicut aurum existit de istis potentijs, partem uegetant potentialiter, sic postea existit actualiter, mouente se aurificatiuo, auri aurificabile, menstrui & menstruale uegetabile, se moueat ad deaurandum, & uegetandum & econuerso, mouente se uegetatiuo, quod est intra menstruum, & aurificatiuum, quod est intra aurum, & uegetatiua cum aurificatiua moueat suum menstruale uegetabile, ad uegetandum, & ad deaurandum, & sic reuelatum est, quod ultimati numeri dictorum d x y, per modum mixtionis correlatiuorum essentialium, & actionis & passionis illorum.

¶ Octaua quæstio. Quomodo lapis philosophicus est uegetatus cum nullam recipiat augmentationem ab extra.

Solutio, b c. In uegetabilibus est uegetatiua simpliciter differens, & per consequens substantiæ, in quibus est plantatur, unde in aliquibus uideri non potest, nisi per augmentationem extrinsecam humidum radicale substantia conseruetur, quam accipit ab elementorum compositione. Item in aliquibus uenit, licet augmentationem ab extra non recipiat subiectum, in qua est plantata, quia est ita conformis calori naturali illius, & humido radicali, quod non moritur, licet aliquid de elementorum compositione in se non recipiat, sicut patet in melle illa quæ supra diximus, tamē si aliqua sibi applicetur uegetatiua

getatiua

getatiua transmittit id in specie mellis, & uegetatiua augmen-
tat speciem, in qua est plantata, & sic consimiliter in menstruo
quod transmittit omne elementum in sua specie, sic uero & de
philosophorum lapide, qui habet naturalem modum, cum re-
tinet in se naturam uegetatiuam. Nam illa conditione sicut
mel & menstruum, & per modum quo suum humidum radi-
cale est calori naturali coniunctum cum uegetatiue & uegeta-
bilitate & uegetare in tantum, quod licet augmentationem
extrinsecam non recipiat, non ea propter uegetatiua in illo
moritur, sicut de melle & menstruo diximus.

¶ Nona quaestio. Quomodo calx corporum est apta ad
ingrediendum magisterium? Solutio, c d. Illa camera signi-
ficat, quouis solutione. Nam d est effectus in calce, sic maior
quinta essentia in inferioribus, inter quæ c d, nulla esset opera-
tio, nisi mediante concordantia, nam quanto forma est nobi-
lior, tanto nobiliori indiget materia, & per consequens, maio-
ris nobilitatis concordantia. Ex quo reuelatum est, quod
quanto magis est simplicitati propinqua, tanto magis coniu-
ctionis formæ, quæ est de simplici materia, sicut uidemus, quod
coelum maiorem concordantiam habet cum prima materia
quàm cum elementis, etiam maiorem habet concordantiam
cum igne quàm cum aere, & sic de alijs. Cum igitur tota lati-
tudo magisterij, oportet esse per summam concordantiam, for-
mæ & materiae, oportet calcem aptam esse in illo modo, quo
summa concordantia generetur in lapidibus, & eorum parti-
bus, hoc est quod calx deducetur ad materiã simplicem, tunc
erit apta ad ingrediendum auri magisterium, quæ simplicitas
est, ut conuertatur uno modo in limum siue elementorum di-
uisione ad lapides preciosos, alio modo Mercurius uertatur in

E iij ele

elementa & limum, inde fiat sine distillatione post illorum fixationem. Alio modo quod fiat limus desertus ex elementis per distillationem ad opus maius, si enim inesset aliqua mutua resistentia, per purum & impurum, qua ratione esset destructum medium coniunctionis inter formam & materiam lapidis.

¶ Decima quaestio. Vtrum metalla nostri lapidis, & aliorum lapidum philosophorum sunt apta ad ingrediendum, absq; eo quod elementa diuidantur? Solutio, c d. Necessario est, quod metalla diuidantur per elementa, ut materia illorum appropinquetur ad suum genus, quod est prima illorum natura, & tunc temporis talis materia est magisterio sufficiens, ad nouam regenerationem, aliàs enim quantumcunq; metalla appropinquarentur à sui prima natura, & ideo à sua noua regeneratione artificiali, quod est medium, per quod metalla terminare debent in lapidem, constat igitur affirmationem esse ueram.

¶ Undecima quaestio. Quomodo fit fermentum compositum? Solutio, c f. Compositum fermentum fit ex pura metallorum materia, id est sulphure naturæ & elementorum limo, etiam fit ex duobus limis. Vno aethereo, & alio terrestri, & illa est mixtio naturalis magisterij omnium lapidum. Aliàs enim potentia & operatio deficeret in lapidibus, ratione cuius non possit in alio habere. Post hoc Fili, quicquid inhumes, indures, donec fiat sicut guma, tunc uero est factum fermentum compositum, quod dicitur guma, quæ post lapidificationem tantam potentiam habet conuertendi, sicut sufficit suæ naturæ.

¶ Duodecima quaestio. Quid est fermentum simplex &

&

& fermentum compositum: c.g. Fermentum simplex est illud, cui nihil amministratur, sicut sunt elementa per se, simpliciter sumpta, Et fermentum compositum est, cum unum elementum cum alijs miscetur. Quare patet, quod si corpora specialiter nescis reducere in elementa quæ sunt prima sua natura, non poteris habere fermentum simplex, nec compositum, & si dicta fermenta non haberes, essent lapides secum euacuat. Præterea scientia qualitates extra non possent habere dominum.

¶ Tredecima quæstio. Vtrum in latitudine magisterij sit mixtio necessaria? Solutio r o. Explanatio huius principij, quia aliàs non posset esse concordantia inter fermenta simplicia, & composita.

¶ Decimaquarta quæstio. Quare in nostro opere dissolutio requiritur? Solutio, c h. In ista camera reuelatur, quis soluere. Nam necessarium est, quod artista per artificium habet metalla corrumpere, ut ipsa per corruptionem deuenire faciat ad sui primam materiam, quæ uero solutio se oportet iuuare, ut sit destructio unitatis per dissolutionem & destructionem partium per minima successiue, ut trahatur à corporibus sui primordialis materia, quod uero fieri non posset, absq; dissolutione eorum.

F I N I S.

Norimbergæ per Ioh. Petreium
Anno 1546.

14. Juli 1979

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. Some words are difficult to discern but appear to be Latin or German.]

[Faint text at the bottom of the page, possibly a signature or date.]



